32
2 G
24

B A

CONTROVERSIA DE EXCELLENTIA INSTRVMENTO-RVM DOMINICAE PASSIONIS

PER MARCVM VIGERIVM EPIS-COPVM PRAENE-STINVM CARDI-NALEM SENOGAL-LIENSEM DIS-CVSSA.

32 2 g. 24

SIMON BEGNIVS EPISCOPVS MODRVSIENSIS LECTORIBVS BENE VIVERE.

B.FONS.AR.

Euoluenti mihi ſacrę Theologię uolumina in Bibliotheca Reuerendiſſimi patris Marci Vigerii Epiſcopi Praeneſtini / Cardinalis Senogallienſis/ut ſuis illa locis coaptarem: quemadmodũ ipſe me facere uoluerat: ad manus uenit Controuerſia / ſuper cultu Inſtrumentorum Dominicae paſſionis/per ipſum.M.Cardinalem/non minus eloquenter/q̄ docte ac grauiter diſcuſſa. Vtq; primũ librum aperui/ accenſus eſt animus de nouo dubio/ſiue problemate antiquam & piam perſpicere ueritatem/multis dudũ ambiguam/ & q̄plurimos fugientem/qui Theologiam nõ obſcure profitentur. Cum autem legere coepiſſem: quo progrediebar interius/ rapiebar/cum delectatione/ardentius ad legendum: Experiebar ſane / quod ſecundo ac placido flumine nantibus euenire ſolet/quibus/ quanto altiore ac uelociore unda feruntur/maior nandi facilitas & delectatio ex labore concreſcunt: Ita ubi ad dimidiam fere operis partem perueni/ ad legẽdum uſq; in finem exarſi. Quod cum feciſſem/in idipſum me iterũ/atq; iterũ accinxi: Et eius rei gratia/uolumen ipſum do-

B.FONS.AR.

mum detuli / mecumq; integrum Menſem manere iuſſi. Vbi perlegi ſæpius omnia: ſolam operis breuitatem indolui/quam apud uos quoq; accuſarem: niſi de omnibus/quæ proponit/ animum hæſitantem/a/ principio / plene quietum in fine dimitteret atq; iucundum. Viſus ſum mihi lucrifeciſſe non parum ex hac lectione. Et ne auaritiæ(quam deteſtor)locum darem: hoc lucrum meum cōmune uobiſcum facere(per Impreſſorum operam)conſtitui. Qua in re ſi gratificatus uobis(ut ſpero/ & cerus ſum)fuero: lucrum hoc meum auctum exiſtimabo. Valete/& legite fœliciter relligionis noſtræ fundamenta/ſolide nō minus/q̄ expolite/ac plane elaborata.

MARCVS VIGERIVS EPISCOPVS PRAENESTINVS CARDINAL: SENOGALLIEN. DE EXCELLENTIA INSTRVMENTORVM DOMINICAE PASSIONIS.

q Vemadmodum ad naturæ opera in uno corpore multa ſunt membra diuerſis actibus accomodata: ita ad artis opus uaria inſtrumenta adhiberi ſolent ſingula ſingulatim ſuas operationes habentia. Igitur ad redemptionem noſtram ſummi artificis domini noſtri Ieſu Xp̄i / eiuſq; eminentiſſimæ artis operationem/utpote conſumatiſſimam/conſentaneũ eſt multa inſtrumenta acceſſiſſe. Fuerunt autem Veſtes/ Funes/Corona/ Flagella/Colũna/Vitta ſiue Velum/Crux/Claui/Arundo/Spongia/Lancea/Lintheum & Sepulchrum. Quæ ut ſuo tempore noſtræ redemptionis operi ſingulatim ſingula acceſſerunt: ita ſuam quæq; dignitatem/& uenerationis rationem acceperunt/a/domino Ieſu xp̄o: quando ad eius contactum peruenire meruerunt. Sicut enim quę uenenoſa/contagioſa/uel tabida tangunt contaminantur/& fiunt morboſa: ita quæ uiuæ aquæ/immo uitæ/& ſalutis ęternæ fontem/artifi

cemq; in uiuificandi ac ſaluandi artificio tetigerunt ſalub itatem/ maieſtatem / uenerationiſq; rationem conquiſiuiſſe perpetuam ab re non creditur. Operę precium eſſet Inſtrumentoꝶ ipſorum excellentiam ex toto declarare: Sed quoniam operoſum/arduum longumq; nimis negocium foret/ neq; ego tantũ pol licitus ſum(quoniam nec mihi tantũ tribuo)Aggre diar id ſolum pręſtare quod promiſi. Cum enim ſan ctum ferrũ Lanceæ/quo Miles Saluatoris latus ape ruit/Anconam eſſet allatũ/Innocentio Octauo Pon tifice Maximo / & ad illud excipiendum omnes fere Prouinciales Epiſcopi conueniſſemus: ac per Ciui tatem ſolemni pompa circumtuliſſemus / celebrata quãta potuimus deuotione/re diuina: refectaq; iam mẽte: corpora quoq; cibo refecimus. Interea uero de Paſſione domini noſtri Ieſu Chriſti colloquentes/in cidimus in controuerſiam: Eſſet ne dignius ferrum ſanctum Lanceæ quod exceperamus / ueſtimentis domini Ieſu/& præſertim tunica inconſutili/ quam Turcarum Imperator ſibi retinuerat/ſanctum ferrũ Romano Pontifici dono mittendo. Hanc contro uerſiam quia plene diffiniendi locus non erat: tunc receſſuris/& ad propria ea ipſa die reuerſuris: Iniun ctum eſt mihi/a/ Coepiſcopis meis/ ut de ea aliquid copioſius ſcriberem. Quorũ charitati pro mea tenui tate ſatiſfacere uolens/libellum hunc paulopoſt con

ſcripſi: & per aliquot annos apud me manere iuſſi: ne quid Cenſore dignum ſecum ferret. Memineram enim Quintilianum grammaticum Rhetoremq; cęleberrimum admonere: Scriptores quartum/ac decimum uſq; ad annum ſua ſcripta penes ſe retinere: & poſt id temporis ſpacium/priuatim legere oportere/ ut ita demū quaſi aliena: iamq; infantiam exuta examinarentur: ſic enim caſtigatius legenda mittūtur in publicum. A/quo ſapientiſſimo inſtituto/ſi in ſcribendis hiſtoriis/aut naturæ/ & artis uiribus declarādis Scriptores recedere non debent: Quanto magis nos illud ſeruare oportuit diuina ſcribentes? Aedidi igitur ipſum libellū rogatus/a/compluribus religioſis ſane & doctis uiris: qui illum priuatim in noſtra Bibliotheca legerūt. Haud equidem opinatus opus rei adęquauiſſe: mortaliū uires longe ſuperanti. Eſt noſtra hæc qualiſcūq; lucubratio in Tractatus quattuor diſtributa. Primū namq; exponimus unde exordium ſumat honorationis ratio generalis. Deinde rationem hanc inſtrumentis paſſionis Chriſti/ & aliis quæ Chriſtiani uenerantur: Reliquiis dico pro reliquiis/memoriis/imaginibuſq; Sanctorum cōuenire monſtramus. Ad hęc Chriſtianorū cultuum genera diſtinguimus/& iuxta ſanctorū patrum decreta partimur. Nouiſſime uero uiā ad iudicandū aperimus de controuerſia inter nos Anconę habita/ut prędixi.

Vtile ad delectabile: & utrumq; ad honeſtum ordinari.

t

Ria ſunt bonoꝝ genera: Quædam proſunt: delectant alia: Tertia honeſtant/ dantq; maieſtatem. ¶Quod utile eſt/ ad delectationem & honeſtatem/ rationis ordine/ tendere debet. Neq; enim utile ſeipſum finire poteſt/ neq; delectabile/ ſed ambo in honeſtate ſolidantur / & in illa quieſcunt. Nemo certe uult utilitatem: nemo diuitias quærit/ ſi recte quærit/ niſi ut per eas delectetur/ uel ut euadat honeſtior. Lucroſa igitur/ & utilitatē afferentia non propter ſeipſa bona ſunt: ſed quia ad meliora ordinant & diſponunt. Delectabilia item bona ultima non ſunt/ & ſeipſa nō finiunt/ ſed ad honeſtatem tendunt/ quando/ a/ recta boni ratione non deuiant. Delectationes enim guſtus & tactus / quibus homines maxime delectantur/ non ueræ/ nō plenæ ſunt: non ſunt tranquillæ/ niſi quando cum honeſtate/ & honeſtatis gratia requirūtur. Hinc etenim nuptiæ omnem fere humanā delectationem continentes (quia guſtus & tactus/ & liberorum deſyderiis ſatiſfaciūt) per leges inuentæ ſunt/ & honorabiliores apud omnes mortales habentnr: ut exterioris hominis delectationes ſint honeſtate conditæ. Hac de cauſa morales Philoſophi uirtutem Temperantiam deſignauerunt: Quia ſecūdum honeſtatem/ per illam homi

nes appetunt/proſequūturq; ſuauia ſenſibus. Et qđ natura eſt delectabile/ratione moderatum/redditur honeſtum. Liberalitatem/& magnificentiam docuerunt/ut ad honeſtatem utilia conuertantur.

¶Cui ex tribus prædictis bonis maxime ſit exhibendus honor.

h Onorem/ & uenerationē (quibus animus bene inſtitutus maxime inhiat) optimo triū bonorum moralis Philoſophia deberi pronunciat. ¶Nam cū maxima merces/maximo debeatur bono: & bonum honeſtū maxime bonū ſit. Itemq; honor ſit maxima merces: honor honeſto maxime debebit᷑. Itaq; nō bene faciūt homies nudis delectationibus inhiantes: uel qui delectabilia colunt honeſtate carentia. Dant enim/pro minori/ maius bonum. ¶Certe ut non eſt bonus Mercator/qui maiori precio rem emit/q̄ ſit ex inſtanti qualitate temporum/uel ex recta ratione uendibilis: Ita imprudenter facit quiſquis pro delectatione ab honeſtate ſeiuncta honorem exhibet delectabili. Deſipiunt adhuc magis/qui utilia honeſtis prǽferunt: Suntq; iſti penitus extra terminos rationis: quos ueriſſime dicit Apoſtolus Idolis ſeruiētes. Etenim quia Nūmus pecuniaue utilitatem metitur: Qui utilia ſectantur

Honor cui bono ſit debitus.

Delectabile honeſto abſurde præponi/ abſurdius utile.

Nūmi diffinitio.

nummoꝝ gratia maxime id faciunt. Nō mirum igitur/ ꝙ apud tales/ pecuniæ omnia obediunt: & eius gratia tam anguſti animi omnia faciunt/ omnia ſuſtinent. ¶Eſt autem pecunia/ſiue nūmus/metallum certo ſub pondere/ Idolo/ characteribuſue/ ſignatū. quibus quanti ſit/ in permutationibus/ uenditionibuſq; oſtenditur. Itaq; tam miſellos homines/qui pecuniæ inſeruiunt accumulandæ/qui nummos cæteris bonis anteponunt / non īmerito dixit Apoſtolus Idolis inſeruire. Conſtet nobis honorem maxime deberi rebus/non quia utiles/ nō quia delectabiles/ ſed quia honeſtæ ſunt:quia uirtutem moralem/uel diuinam aliquo modo continent: & ad fœlicitatem conſequendam adminiculum præſtant.

¶Quæ ſit merces boni utilis.

q Vamuis ſolam utilitatem afferētia honorem pro præmio habere nō debeant: Conuenit tamen illa certā habere mercedem. Nihil enim boni rationem ſapit: Cui/ pro ſuo modulo/non maneat certum pręmiū. Vtilitatem igitur afferentibus/ retributio ſaltem debetur: Vnde mutuū danti/redditur ęquiualens: quamuis turpiter & ſub uſura dederit: Si aūt ſine mercede conuenta/ſine turpi cauſa dederit mutuū/ debetur ei gratiarū actio/ & benefi

centia ac compenſatio/ ſi occaſio præſtetur. Quod ſi
cum iniuria priuata/uel publica/quis alteri utilitatē
præſtat: neq; compenſatione/neq; gratia/neq; bene-
ficentia dignus fit. Eſt Archipyrata cum Prædoni-
nibus utilis: & Meretrix Lęnoni utilitatem parat:
non tamen Prædones honorem debent Archipyra-
tæ/nec compenſationem/ neq; gratiā: nec Lęno etiā
Meretrici hæc debet: quoniā nihil ueri boni hi præ
ſtant/illiue recipiunt. In utroq; enim turpitudo uti-
litati ineſſe dinoſcitur: In neutro unq̄ apparet hone
ſtatis ratio.

¶ Quæ merces conueniens ſit bono delectabili.

Electationem afferētibus turpem / ac penitus
d iniuſtam/nil prorſus debetur honoris/nil prę
mii. Poſſet tamen utilitas pro mercede uolup
tatum etiā iniuſte pręſtita/cum iuſtitia retineri. Nā
quod Meretrices fornicando acquirunt/ turpiter/ &
iniuſte: licite retinent/ſi tamen/a/iuſtis dominis ac-
cipiāt. Quod item Hiſtriones/Præſtigiatores/Mim-
mi/ſuis nugis acquirūt minus honeſtis/iuſte habēt/
ſi/a/iuſtis dominis/ nugarum/ & præſtigiorum ſuo-
rum mercedem accipiant. At ſi delectatio iuſta ſit/&
flagitio nō cōmixta/infamiæ non expoſita: debetur
pro illa ſaltem utilitas. ¶ Hinc eſt quod Artificibus Artes mecani

cæ cur ſint mercede uti li compen/ ſatæ.

cuiuſq; generis/quorum opera bonis moribus/& pu
blicæ non ſunt utilitati/ex ſui ratione/ contraria/la/
boris pręmiũ debemus/ pecuniam uel rem pecuniæ
ęquiualentem : licet hmõi opera nullam utilitatem
ſecum ferant. Huiuſmodi ſunt annuli gemmati/etiã
ſophiſtice fabrefacti/ & aliæ ad ornatum/ ſiue ueræ/
ſiue fucatæ ſupellectiles. ¶ Sunt adhuc alia delecta

Delectabilia quæ pecunia præmiari ne/ queunt.

bilia : quæ ſolius utilitatis mercede recte nequeunt
compenſari. Vt ſunt ex magnis periculis liberatio/
nes: quibus nulla utilitas poteſt eſſe condigna ſatiſ/
factio: ſed grati animi ſtudium (ut Patronis/& Con
ſeruatoribus) pręmii loco/ſemp eſt liberatoribus ex/
hibendũ. Vxores quoq;/a/maritis/ & Mariti ab uxo
ribus accipere plus debent/q̃ pecunia exolui poſſit.

Matrimonio iuncti quid ſibi inuicem debeant.

¶ Debet maritus uxori uictum/ornatum condecen/
tem/gratam conuerſationẽ/beneficam mentem/ho/
noris/fortunarum/& uitæ promptam defenſionem.
Debet econtra uxor marito hęc eadem: niſi ꝙ pro de
fenſione/auxilium debet/& obſequium familiare/ li
berorum educationem/per infantiam & pueritiam/
domeſticam bonoꝝ conſeruationẽ/& accomodatam
diſtributionem per omnem uitam.

¶ Quæ ſit merces boni honeſti.

u Tilia quidem/& delectabilia bona/honeſtatis

gratia expetenda ſunt. ¶ Eſt autem honeſtatis merces/aliud aliquid illis melius. Hanc multi honorem putant: & falſo quidem: quoniam aliquid eo melius honeſto debetur. Propterea dixere Stoici honeſtatē propter ſe ipſam expetendā eſſe: quaſi nihil melius ſit honeſtate/nihil optabilius/nihil quod præmii loco ſuccedere illi poſſit. Quæ ſententia/ſi ſane intelligatur/a/ueritatis Chriſtianæ rectitudine non diſcedit. Exercemur enim per morales/& per Theologicas uirtutes(honeſtatis riuos)ut deo placeamus: ut ille nos amet: & eius amore fruamur: quod honeſtiſſimum eſt/honeſtiſſimorumq; omnium fundamentum/& terminus extremus. Honeſtas igitur honeſtatis eſt præmium. Sed quoniam nos qui mortales ſumus huic bono præmium ſuum dare non poſſumus: amorem illi/& honorem(pro uirium noſtrarū menſura)natura quaſi iubente/rependimus. Nemo eſt enim/qui bonos mores non amet/non ueneretur/niſi inſanus ſit: uel malitia penitus efferatus. Habet itaq; honeſtas ab hominibus amorem/& honorem in præmium: a/Deo autem fœlicitatem/ideſt amorem reciprocum nunq̄ defecturum.

Honeſtatem non ſufficienter præmiari honore/ſed ipſam ſibi præmium eſſe.

¶ SECVNDVS TRACTATVS.

¶ Chriſtiani irreprçhenſibiliter honorant inſtrumenta Paſſionis dominicæ: Sanctorum reliquias/ memorias/& imagines.

Virtutis heroicæ ſublimitas.

Habet uirtus Heroica tantum honeſtatis/ & maieſtatis/ut nō ſolum opera/& operationē ſecundū ſe uenerabilem efficiat / & honore dignū: Sed ea etiam quæ uirum heroicum repræſentant/quæ illi coniuncta/quæ illi proxima ſunt/& inſtrumenta etiam/per quę uirtus ipſa operatur/honore digna reddere conſueuit: Sic Regiæ ſedes: Regiæq; domus/ honoribus gaudent/ eminent priuilegiis/ob Reges qui illis inſident/iſtas inhabitant. Vexilla etiam Regiis inſignibus decorata / uenerantur Populi/ defendunt Milites/ quoniam Regnoꝝ gloriam/& Regum indicant maieſtatem: Sic membra Regis ſacroſancta ęſtimantur: quoniā Regii corporis partes ſunt. Sic Regis amicos colimus: quoniam Regi inſeruiunt. Gladius quoq; regius/& arma præclarorum Ducum bellica ſunt in honore: quoniam Heroum inſtrumenta/uel ſunt/uel fuerunt. Et Re-

gias ueſtes/etiam ſi Subditorum ueſtibus precioſio/
res non ſint : munditia maior/ & quædam loci ma/
ieſtas/ ac cōſeruandi diligentia excellentior decet.
Hæc ſane omnia quæ enumerauimus/ non ideo ho/
noramus/ quia bonũ honeſtum/ideſt uirtutem mo/
ralem/ uel Theologicam in ſe contineant/ aut exer/
ceant: Quandoquidem maior eorum pars/uiua non
ſunt: ſine uita autem huiuſmodi ſtare in aliquo non
poſſunt : Horum item aliqua/ & ſi uiuant / non ta/
men per ſe ipſa rationem ſapiunt. Nam & Regum
amici / qui uiuunt / & ſapere poſſunt / non ſemper
recte ſapiunt / immo in deteriora quandoq; uertunt
Regum gratiam : nec tamen honore priuantur du/
rante erga illos Regum gratia. ¶Deſinant nunc Iu
dei / deſinant cultores Maumethis / & Romanam
antiquitatem nimium redolentes : Chriſtianam de/
ſinant irridere pietatem : quod Sanctorũ imagines
ueneretur : ꝙ inſtrumēta paſſionis Chriſti chara ha
beat: & quamplurima ueneratione eadem proſequa
tur/ quamuis de uulgari materia facta/ & uetuſtate
rubiginoſa / uel minus decora reddita uideantur.
¶Nō enim dñi / & paſſionis inſtrumentoꝝ materiã
ueneramur/neq; formã;niſi/ut ea Rex noſter/eminē
tiſſimæ uirtutis homo/& uerus deus/uſui ſibi eſſe cō
ſtituit/eo in certamine/ quod cũ humani generis ho
ſte decertauit. Sanctorum item imagines/reliquias/

Sectas om/ nes nō uiua coluiſſe/nec uere ſancta.

Inſtrumen/ toꝝ paſſiōis xp̄i formam aut nudam materiã xp̄ia ni non uene rantur.

uel quaſi reliquias/& memorias/non quia lignea/lapidea/ uel deaurata/ non quia de qualibet precioſa materia formata ſunt/uel pro formę elegantia/honoramus: ſed quia uiros optimos / ſummi Regis amicos repręſentant/ uel quia illis(dum uiuerent)inter homines uſui fuerunt. Nam & Hębreorũ populus Virgam Aaron ligneam: Tabulas quoq; legis lapideas: Panes propoſitionis de Manna confectos: & Arcam fœderis ligneam/ honore pręcipuo coluerũt: & nõ ſine magna ueneratione Librum legis: Teſtamentũ domini in Synagogis (hac etiã noſtra ętate) proponũt/aperiunt/legunt. Gentes inſup quę Maumethen Prophetam exiſtimant Deo cariſſimũ: Arcam qua corpus eius teneri dicitur/& arcę locum: immo & loci ipſius Ciuitatem ſancta reputant & ueneranda. Quæ tamen omnia animũ non habent/ neq; animam habere poſſunt/ uel potuerunt aliquando: Sine quibus/eſt luce clarius/neq; moralem/neq; heroicam ineſſe uirtutem. Sic Lituum Romuli/ ſic haſtam Quirini/Romani ueteres honorabant. Sic ueſtem Cęſaris coniuratorꝝ gladiis perforatã: & dictatorio ſanguine cruentam Marcus Antonius pro roſtris oſtendit: ut beneficiorꝝ Cęſaris renouata memoria/necis indignitatem Ciuibus perſuaderet; & populum per hæc(quod effecit)ad uindictã armaret.

Iudei & alii

¶ Reſpondeant igitur nobis qua ratione inanimata

hæc quæ diximus Iudei/Maumethani: Romani itē ueteres/ac recentiores/tanto ſtudio uenerentur. Conſtabit certe Chriſtianam pietatem uacuam non eſſe prudentia: ſi Regis ſummi bellica inſtrumenta colit/ quibus inenarrabili ratione cōmunis hominum hoſtis acerrimus debellatus eſt. Monemur aūt horū intuitu/ dolores reminiſci Capitis noſtri/ anguſtias/ pęnas/patientiam/magnanimitatē/fortitudinem/ac charitatem. Et ad totius iniquitatis odiū/ad propulſanda quoq; uitia / capeſſendaſq; uirtutes accendimur. Ferrum natura frigidū eſt/tangibile/& ad quālibet partem manu etiam nuda mutabile. Id ſi igne candeat/tangere nō audebis: & tamen idem ferrum. eſt quod prius/ſine doloris timore/ tangebas. Diadema regium tractauit/ ut uoluit Faber/ atq; uerſauit/ & cum fabricaret intorſit. Mercator quo uoluit ad uendendum tranſtulit/dum uenale fuit/ quanti potuit uendidit: ad libitūq; confregit ſine culpa: Poſtq̄ uero Regio capiti dedicatum eſt / Faber neq; poteſt illud attingere / neq; audet. Mercator ſi uendere/ ſi emere inconſulto Rege aggredit̄/reus fit lęſæ maieſtatis. Quid ita? Nempe qa licet ignis ferrū in ſe nō cōuerterit/calefaciendi tamen & cōburendi uim pręſtitit illi: Et Regii capitis contactu/ad eiuſq; ornatū dicatione/Diadema factum eſt ſacroſanctum/ quod tamen in aliud mutatum non eſt. Sic paſſionis do-

non Chriſtiani ſeipſos accuſant/cultū ſanctoꝝ & reliquiarū irridentes.

minicæ inſtrumenta / ex Chriſti corporis ſacratiſſi/ mi contactu/quamuis in aliud mutata nõ ſint: quia tamẽ ad opus noſtræ redemptionis accomadata fue runt/uim accęperunt/ unde fidelium mentes ad de/ uotionem accendunt. Decorem inſuper/& maieſta/ tem de membris domini ſuſcęperũt. Sic ſanctorum reliquias/memorias/ſupellectiles/imagines/ quoniã heroicum hominũ partes/uel inſtrumenta fuerunt/ uel ſunt inſignia/ nos Chriſtiani magna ratione ue/ neramur.

TRACTATVS TERTIVS.

¶ Tripartitam diſtinctionem cultuum Chriſtianoꝶ continet: Et primo decla/ rat quid ſit Latria.

S Acri honoris / ſiue pii cultus quem uno no/ mine adorationem dicimus Tres ſunt ſpe/ cies/ſiue modi/ Latria/ Hyperdulia/& Du/ lia. Primum & eminentiſſimum adorationis genus quod gręce Latria dicitur: nos latine uerbali nomi/ mine complectentes/cõmuni adorationis uocabulo nominamus: ita tamen/ut per excellentiam/ſeu An tonomaſiã ſumptũ ſit. Conſtat nãq; adoratio ſic ſum pta profeſſione ſummæ/& omnimodæ obligationis

adorantis debitæ ei quem ſic adorat: pro eius maie-
ſtatis/& beneficentiæ ſumma exuberantia. ¶Quod
utiq; honoris genus ſoli deo præſtari debet. Soli eni
deo nos/omneſq; creaturæ ſummę obligationis uin-
culo aſtringimur. Cum ſolus ipſe bonitate ad ſe/om
niq; beneficentia ad creaturas ſit eminentiſſimus:&
apertiſſime prima tabula ueteris teſtamenti dum in
principio dicit. Dominum deum tuum adorabis/&
illi ſoli ſeruies. Quod modo diximus atteſtatur/& cõ
probat. Id ipſum etiam Magiſter ueritatis Chriſtus
Ieſus/qui eſt uia/ueritas/& uita/ in nouo teſtamento
penitus explicauit quando dixit. Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo/ & ex tota mente tua/
& ex omnibus uiribus tuis. Quaſi dicat. Soli deo qđ
potes totum amoris / & honoris pro uiribus exhibe.
¶ Hæc ut melius intelligamus / Magiſtri ueritatis
uerba quæ adduximus diſcutiantur neceſſe eſt. Di-
cit ueritas impermutabilis Deum eſſe diligendũ ex
toto corde / quoniam primũ quod uiuit in homine/
& quod in eo ultimũ moritur Cor eſt. Totũ igitur
Cor uitam hominis totam complectitur: Quare ex
toto corde/ideſt/a/ uitæ primordio/ uſq; ad extremũ
ſpiritum (quod totum hominis eſſe complectitur)
diligendus eſt deus. Sequitur/ex tota mente: Mens
rationem ſonat. Tota itaq; mens/ideſt tota noſtra ra-
tionalis anima deum diligere debet: & in ſuis ope-

Latria cur ſoli deo ſit debita.

Corde/mente/& uiribus totis deum diligendum quid ſibi uelit.

ribus honorare / quamprimũ ſuo fungi incipit offi/cio: Ne ergo infantiam / uel ſtultitiam ad Latriam deus aſtringere uideri poſſet: & exigere quod pręſtari nequit/ quia dixerat/ex toto corde/adiecit/ ex tota mente/ideſt quando uita eſt cũ rationis uſu ſociata. Adhuc/ ex omnibus uiribus/ ideſt ex omni ſenſu/ex omni uegetatiuo uigore Deum amare. Et quicquid ſentimus/ in illum dirigere debemus: Quicquid in nobis uegetat/ex illo recognoſcere/& per omnia deũ profiteri excellentiſſimũ/ ac beneficentiſſimum nos decet cum Apoſtolo dicentes: Sufficientia noſtra ex deo eſt. Ab ipſo/namq; per ipſum/& in ipſo ſunt omnia. Regi igitur ſęculoꝝ immortali/ & inuiſibili ſoli deo honor ſit excellẽtiſſimus/& incomparabilis gloria in ſęcula ſęculorũ: Quia Phariſeus / de quo Saluator in Euangelio loquitur/non ſic ſe geſſit adorando/merito reprobatus abſceſſit. Nõ enim ex toto corde deum honorabat/qui adorando proprias uirtutes enumerabat / ſibiq; contribuebat: Proximorum uero uitam carpebat/propriam tenuitatem non cognoſcendo: Vnde merito ſuperbiæ uento diſſipatus euanuit. Publicanus autem diuinæ(ut opinor)maieſtatis immenſitate tremebundus / quoniam oculos ad Cœlum tollere non audebat: ſed ſuam imbecillitatem / ex diuinæ Maieſtatis amplitudine cogitabat / quod ſeipſum eſſe meminerat; defixis oculis terram

aſpiciebat: Dei beneficentiam mente reuoluebat: ſibi ipſi gratiam/ & ſuis erratis ueniam poſtulauit/unde & iuſtificatus abſceſſit. Recte igitur Chriſtus/ qui ex Phariſei/ & Publicani parabola/adorandi ſecūdum Latriam tradidit regulam: Apoſtolos ſuper hac re inſtrui poſtulantes ſic docuit.

Pater noſter diuiſio/& ſufficiens adorādi ratio/in eo contenta.

¶ Cum oratis nolite multiplicare ſermonem per iactabundam Phariſeorum Hypochriſim: ſed dicite in ſimplicitate humilis Publicani. Pater noſter/qui es in cœlis/ ſanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat uoluntas tua: ſicut in cœlo & in terra. Hinc etenim ampliſſimam diuinæ Maieſtatis celſitudinem profitemur: Beneficentiæ immenſitas inde prædicatur / & imploratur / cum dicitur. Panem noſtrum quottidianū da nobis hodie. Deinde humana tenuitas & debilitas recognoſcitur / poſtulando erratis ueniam dum dicimus. Dimitte nobis debita noſtra: ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Vtq; non erremus tandem/imploramus auxilium/dicentes. Et ne nos inducas in temptationem: ſed libera nos a malo. Hec igitur oratio totam Latriæ rationem complectens/ ad ſolum deū habenda eſt: quemadmodum decretis ſuis oſtendimus. Eorum uero / quæ ſummum honorem Deo nos exhibere compellunt / ſumma hæc eſt. Naturæ eminentiſſimæ perfectio / & Beneficentiæ immenſitas:

Quæ ſimul ambo nobis præſtitæ declarãt utilitates/ iucunditateſq;/ & dignitates: quando ille per ſuam omnipotentiam/quę eſt ueritas eminentiſſima ex nihilo nos creauit: per ſuam uero beneficentiam conſeruat/& auget: cõdonat nobis errata noſtra/ſimulq; fœlicitatem parat timentibus ſe. Dignus eſt igitur quẽ ſumme colamus/& adoremus/ne ingrati ſimus: quod peſſimum iniuſtitiæ genus eſt. Quare & recti iudicii iure/& grati animi ſtudio/ ſolus deus Latria colendus eſt/a/ nobis/ ideſt pura mente: ſummo in honore habendus: & amore ſancto ſuper omnia eſt proſequendus: quoniam ſolus eſt eminentiſſimus/ & beneficentiſſimus; unde & miſerationes eius ſup omnia opera eius.

¶ Latriam domino Ieſu Chriſto eſſe tribuendam: eius uero humanitati Hyperduliam.

q Voniam dominus noſter Ieſus chriſtus deus eſt ante ſęcula genitus ex deo/ & ex matre uirgine homo eſt in ſæculo natus/duas cõtinens naturas in unica pſona / dei ſimul & hominis filius exiſtens/ſummo quem diximus cultu/ non ambigitur eſſe colendum. Namq; ſecundum naturam diuinam unde perſona eſt eminentiſſimum illum & be-

neficentiſſimum eſſe conſtat: noſtrumq; creatione/ & beneficentia Patrem: Quapropter adorare eum oratione dominica (ut docuit) nos condecet/& illi dicere: Pater noſter & cętera. ℂQuoniam inſuper humana natura in Chriſto inſeparabiliter ſociata eſt diuinitati in unitate perſonæ adoratur/ & ipſa hominis natura ſummo cultu: non quidem ſui ratione/ ſed eius gratia cum quo eſt una perſona. Sicut etiam ignitum carbonem non tango propter ignem ei inſitum: cuius uirtute carbo ipſe calefacit & urit. Chriſti uero humanitas ſi abſq; diuinitate cogitetur (quanq̃ falſa ſit hæc cogitatio/ ſi ſeparationẽ ponit) Latria/ideſt ſummo cultu honoranda uel adoranda non erit. Non enim deus eſt: non eſt eminentiſſima: non eſt beneficentiſſima: cũ deus ipſe longe melior illa ſit: immo & in infinitũ illam excedat in utroq;. Sed quemadmodum poſt deum Chriſti humanitas omnium quæ ſunt/quæ fuerunt/quęque futura ſunt/ nobiliſſima eſt & perfectiſſima creaturarũ per gratiam/ ita plusq̃ aliæ omnes creaturæ ſimul ſumptæ ſancto honore colenda eſt/citra Latriam tamen.

Chriſti humanitas quomodo hyperdulia/& quomodo Latria rite colatur.

ℂQui quidem cultus Dulia maxima/ uel Hyperdulia dicitur. Quod ſummũ/pium/ſacrumq; honorem dari creaturę poſſibilẽ merito ſignificat. Hic ipſe cultus profeſſione ſummæ excellentiæ/& beneficentiæ poſſibilis ineſſe creaturæ conſtare dinoſcitur. Cum

Hyperdulia quid ſignificet.

itaq; duo hæc excellentia naturę ſcilicet & beneficen tiæ ſtudium humanitati ſolius Chriſti eminentiſſimæ inter creaturas conueniant: hanc ſolam humanitatem/hoc Hyperdulię cultu/honorare decet: niſi q; & matrem domini/& crucem dominicam adorare aliquo modo Hyperdulia/ uel colere debemus. Latria autem nullo modo/ſi in ſua ratione propria cogitentur/ quoniam puræ ſunt creaturæ/ &/a/Creatore ſeiunctæ: quãuis adiunctæ fuerint Creatori ad tempus per contactum. Nõ ſic humanitas Chriſti/quia non ad tempus/ſed ad perpetuũ/non ad contactum ſeparabilem/ſed ad unitatem ſuppoſiti non defecturam: corpus & anima Chriſti/ & homo ex illis conſtans diuinitati coniuncta ſunt. Illud igitur elegantiſſimũ corpus: Anima illa ſanctiſſima ſimul ambo/ & ſingulatim ſingula/ homoq; eorũ unione compoſitus Latria ſemper coli potuerunt & debuerunt/poterunt & debebũt/quaſi unita diuinitati. Vt uero creata ſunt hæc ipſa quæ diximus/ſumma Hyperdulia/ maximaue Dulia honorari debent.

¶Hyperduliam nõnullis Sanctis tribui poſſe / immo deberi: Omnibus ſine dubio Duliam.

d Iximus iam humanitatem Saluatoris noſtri

ſumma Dulia/ſiue Hyperdulia eſſe colendam: Diximus etiam propter excellentem dignitatem hominis heroici inſtruméta quibus ille utitur: ueſtimenta quibus tegitur / & ornatur acquirere dignitatem: Homines quoq; qui illi inſeruiũt diximus obſequio effici digniores. ❡ Igitur ſancta uirgo Maria / quæ dominum Ieſum Chriſtum de ſe genuit: quæ illi totam humani corporis ſubſtantiam de ſuo ſanguine tribuit: quę illum menſes nouem in utero portauit: quæ infantulum lactauit: puerum educauit: uirum in paſſione nõ deſeruit/ut talis filii mater/ut illi maxime propinqua / cur poſt ſuum filium non poterit/ non debebit Hyperdulia uenerari? Ioſeph item maritus talis matris/nutritor talis filii: Ioannes baptiſta digito Saluatorem oſtendens/& mundo prædicans: illumq; in Iordane baptizans: Sancti Apoſtoli Saluatoris comites & diſcipuli/laborum/ erumnarumq; ſocii cur ſuper omnes ſanctos propter hęc omnia non ſunt Hyperdulia uenerandi? Cum omniũ Teologorũ ſentétia Crucem domini Hyperdulia ueneremur/eius merito/qui ꝓ humani generis redemptione in illa pependit. Hi quidem omnes ut in gratia iam confirmati/ & beata immortalitate donati ſine dubio/ſine formidine Dulia ſunt honorãdi. ❡ Eſt aũt Dulia pius honor creaturæ exhibitus cum patrocinii imploratione apud deũ pro cõſequenda gratia.

Virgo Maria Ioſeph/Ioannes baptiſta/ & Apl'i prę cęteris ſunt honorandi.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Duliæ diffinitio.

Latrię/Hyperduliæ/& Dulię adinuicē compatio.

h Abet pręterea Dulia/quemadmodum Latria & Hyperdulia profeſſionem bonitatis/& beneficentiæ in honorato/ſed non quantam Latria. Hæc enim maximā immo infinitam perfectionem/& beneficentiam in adorato profitetur. Hyperdulia uero/& Dulia hæc duo in honorato recognoſcit/& profitetur/ſed nō maxima: quia finita ut ſunt & creata/rara tamen & magna exiſtimat honorādo. Honorans adhuc per hos tres honoris gradus magnam uirium ſuarum tenuitatem/& multam imbecillitatem profitetur; & iccirco auxilium implorat per hos gradus adorando/ſed non ęqualiter: quoniā ſecundum Latriam ſe ſumme ſubmittit/& omnimodam profitetur ſeruitutem: Secundum Hyperduliam/non omnimodam/ſed ualde magnam: Secundum Duliam uero aliquanto minorem. Petimus ſecundum Latriam ab adorato ut/a/deo: ut inquam/a primo datore/& dño datæ rei: Secundū Hyperduliā a/xp̄o/ut/a/primo aduocato interceſſionis ſuffragiū. A/uirgine uero Maria/ &/a/cęteris quos recēſuimus tanq̄/a/principalibus aduocatis cōmendationem poſtulamus/excuſationēq;/ac fauorē. Secūdum Duliā aūt gratiā imploramus/a/ſic ueneratis/non ut/a/primo dante/ neq; ut/a/ primis/ & potiſſimis aduocatis

uel patronis: ſed ut/a/procuratoribus ad grām conſe quendā. Et ſanctos Angelos oēs quoniā dei ſummi Spiritus aminiſtratorii ſunt ad hoīes adiuuādos/ excitandos/dirigēdos/ ac defendēdos deputati pro ſuæ naturę pfectione: pro ſummi Principis gratia/a/qua ſepari nō pñt: proq; beneficētia etiā/qua nobis fauēt (ſi ingrati eſſe nolumus) Dulia honorare debemus.

¶Honor paſſionis dñicę inſtrumētis debitus: Sāctoꝝ reliquiis/coꝝ utēſilibus/ac memoriis.

b Enc ſe habet/iacta ſunt fundamēta/& ędificii noſtri ſtructura conſurgit. Quippe ſi Latria/ Hyperdulia/atq; Dulia/hoc cōmune habent: ꝙ per ea honorādus poteſt eſſe/eſtq; beneficus honoranti: nō intelligentia/nō ſentientia/nō uegetantia/ Latria/Hyperduliaue/aut Dulia/ nunq̄ erūt ſuo merito proſequenda: quoniā ex ſeipſis uacāt beneficentia. Inſup cū proſequēda his cultibus pfectiora ſint ſcdm naturā/uel gratiā/colētibus ea. Inſtrumēta uero dñicæ paſſionis/reliquiæ/ proreliquięque ſanctoꝝ/ nedū ratione/ & ſenſu: ſed uita etiā uacua ſint/ea aūt honoꝝ genera exhibentes uiuant/ ſentiant/& intelligant/ęquū nō eſt Latriam/Hyperduliā/aut Duliam hmōi rebus/ſui ipſaꝝ gratia impendere. ¶Verum ſi ob ſūmi Regis excellētiā dñicæ paſſionis inſtrumē

Hyperdulia uel Dulia cur inſenſata colamus.

ta inſpiciamus / tanq̄ Chriſto Regi coniuncta : La-
tria erunt adoranda ſimul cum Rege: uel Hyperdu
lia/ſi cum Regia carne ſimul/ea fuerimus ueneratiꝰ
Sic de reliquiis Sanctoꝝ dixerim : ſic de memoriis:
quoniam reliquiæ/ea ratione/qua partes ſunt corpo
ris alicuius Sancti/ſimul cum ſuo toto/Dulia uene-
randæ ſunt. Inſuper quoniam pro reliquiæ/uel San-
ctorum memoriæ ſanctos homines / & Deo charos/
nobis memorãt & repræſentant/ Dulia eas proſeque
mur. Dico apertius/ut ſanctum Lanceæ ferrũ Chri
ſti lateri cogitamus infixum : ut ſanctos clauos ma-
nus perforantes contuemur/ ac pedes : ut Coronam
ſpineam Capiti impoſitam : ut indumenta domini
carnem eius circumtegentia recolimus: Pro dignita
te Regiæ carnis/ ſimul cum ea Hyperdulia hæc om
nia uenerabimur : Pro dignitate uero Regiæ perſo-
næ/quoniam deus eſt/Latria adorabimus. Hæc ea-
dem ſi/a/Regis carne cogitabimus ſeparata/ nõ ado
rabimus Latria/non Hyperdulia/ neq; etiam Dulia
recte colemus . At quoniam Regem tetigerunt/ no-
ſtræ ſalutis inſtrumenta fuerunt/maximũ illis/ reli-
gioſiſſimũq; honorem exhibebimus/nõ tamen ado-
rantes/ non inquam ea alloquentes/ non aliquid a b
eis poſtulantes / ſed/a/ Rege potius : ut qui Lancea
tranſfigi/ſpinis coronari/flagellis cędi/ clauis confi-
gi/& in cruce ſuſpendi pro nobis uoluit. Per hęc qui

dem omnia/ gratiã ut Deus tribuat/ut homo autem ſit ad gratiam obtinendam patronus/ & aduocatus. Sic de Reliquiis/ de utenſilibus/de Sanctorum memoriis/pro cuiuſq; Sancti modulo dicendum exiſtimo.

¶ Nemo igitur exiſtimet Chriſtianos Idolatras/aut ſupſtitiſos eſſe: q imaginibus Sanctorum/ quę memoriæ dicuntur/utenſilibus/ſeu ueſtimentis eorum: quæ proreliquię ſunt/& memorię/ Oſſibus/quę uerę ſunt reliquiæ/ honorem tribuant: coram genu flectant: deuote oſculentur / accendant luminaria coram eis: Non ſculpturis uel picturis hoc faciunt / quæ nunq̃ uixerunt / nec uiuere poſſunt: ſed qui per ea repræſentantur Sanctis: qui auxilio & fauori nobis ſunt continue: non carioſis oſſibus/ſed animabus corporum / quorum ipſa oſſa partes fuerunt / & futura ſunt: non particulis ueſtimentorum / ſed ſanctis ſpiritibus: quorum corporibus/ueſtium hæc fragmenta/tegumenta fuerũt: Nõ utenſilibus/ſed magnis uiris/qui illis uſi ſunt/ſe ſubmittunt: & humiles exhibent prçces.

Idolatriam/a Chriſtianis procul abeſſe

TRACTATVS QVARTVS.

¶ Rationes pro ſancti ferri gloria ex contactu prouenientes.

t Empus eſt iam aperire an ferrũ Lanceæ/qua

Chriſti latus in cruce pendẽtis/& mortui/Longinus aperuit/maiori deuotione/ſeu honore colendum ſit/ q̃ Saluatoris noſtri ueſtimenta. Quã rem/quoniam nõ eſt noſtrum diffinire/ nil afferam/niſi quod ratio ſuadet: ut collata utrinq; ratione/res ſeipſam manifeſtet. ¶ Tota honorandi ratio / & pie colendi/ tam Lanceæ ferrum/ q̃ paſſionis domini inſtrumenta/& perſonæ Chriſti indumenta/ ex ſanctiſſimi corporis contactu naſcitur / per Spiritum ſanctum de uirgine concepti: ac ex utilitate per huiuſmodi contactũ humano generi ſubſecuta. Nunc ſi horum uenerabilitas ex contactu penſetur: quod eorũ corpori Chriſti magis appropinquauit: merito uenerabilius exiſtimandum uidebitur. Hoc autem ferrum Chriſti corpus precioſiſſimũ nõ ſolum attigit per contactũ/ ſed aperuit: Non modo penetrauit/ſed eius ſanguine maduit/ eſtq; perlotum: Veſtis econtra/ extremã tantum corporis cutem attigit/& forte non ſine medio/quoniã inter hanc/ & Chriſti carnem/ aliam aliquam eſſe decuit breuiorem/ & interiorem tunicam frequentius pro more mutatam. ¶ Neq; enim abſonum eſt/Chriſtum/ qui omnes humanas infirmitates experiri uoluit/ propter occultam tranſpirationẽ pororum ſui corporis/intimas tunicas/uel leuiter/a/ priſtina mundicia aliquatenus immutaſſe. Etenim qui comedit/& bibit/qui uegetatiua uirtute uegeta-

Contactus & utilitas uenerabilitatẽ inſtrumẽtis dominicę paſſionis afferunt.

Chriſtum in ſuo corpe ſuperfluitates habuiſſe.

tiſſimus fuit/uegetantium opera/quę ſine culpa/ immo cum modeſtia / cum laude fiunt : Quæ item naturæ opera neceſſario conſequũtur/ſalua pietate/credimus Chriſtum & eius exercitium/fuiſſe cõſecuta. Sudant homines ſine culpa/ ſi laudabiliter exercentur/ſi pro uitæ ſubſtentatione laborant. Et certe primus Adam in ſudore uultus ſui/panẽ acquirere iuſſus eſt. Secundus quoq; Adã/in quo omnes renaſcimur : Et cuius in oratione ſudor factus eſt quaſi guttæ ſanguinis cadentis in terrã/peregrinando/prædicando/diſputãdo/docendo/ ſudare potuit/& primas tunicas ſudore decolorare. Videmus eni lintheamina uſu in eis dormientiũ frequẽtata colorẽ mutare : & grauiora neſcio quomodo reddi/ac ſuccidiora:ſint quantũlibet ſobrii/cõtinentiſſimi/& iccirco raro ſudantes/qui in eis dormiũt. ¶ Dicũt hoc Medici ſubtili quadã humiditate cõtingere/de toto corpe exeunte: quã occultã tranſpirationẽ appellãt: & ex ultima digeſtione mẽbrorũ prouenire putãt. Chriſtus igitur interiores tunicas ſi mutauit aliqñ/nõ quidẽ ad delicias/ſed ad neceſſitatem & mundiciã:Eius tunica incõſutilis nudã carnem nõ attingens/non ęque honorabilis erit quantũ ſanctũ ferrum. ¶ Adiice nunc q ferrum hoc ſacratiſſimum nõ extrema : ſed corporis mediũ attigit: Quę igit in precioſiſſimo xp̄i corpore nobiliſſima ſunt tetigit ; uel forte loca cordis: & ipm

Tranſpiratio unde lintheamina decolorantur a quo procedat.

Ferri ſancti & ueſtium contactus diſparitas.

attigit cor: Ad quæ in morte Chriſti omnis uigor uitalis humoris/ in exhauſto corpore/reliqui/ut ad arcem muniendam/ & ad proprium domiciliũ ſe contulerat: qua forte de cauſa ſanguis defluxit/& aqua per lanceam. Veſtis autem nullum Chriſti tam nobile membrum attegiſſe legitur/ neq; educendiuim habuiſſe de Chriſti uiſceribus iam exhauſtis ſanguinem/& aquam. Veſtis etiam quæ interius ad carnes/& cutis contactum/immediata fuit/ſudorem excepit: Ferrum ſanguinem effodit: Veſtis tranſpiratione occulta/ extraneo humore/ideſt/ intercutaneo/decolorari potuit: Ferrũ autem aqua perfuſum eſt: quam de fonte intimi cordis eduxit/& de micanti mucrone/rubens/& ſanguinolentũ ſpiculum Regio/ſacerdotaliq; ſanguine cruentatũ extitit. Quanto igitur ſanguis/ & uitalis humor ſudori præſtat/& tranſpiratæ humiditati:Quantum cordis intima ſedes/& ipſum cor uitæ domicilium/ membris præfertur exterioribus/& ultimæ cuti: Tanto præſtantius erit hoc ferrum ſacrum/q̃ Tunica domini inconſutilis. Videmus enim apud Principes maiori honore populum eos proſequi/qui ſecretiora Principis penetralia adeunt/& in eis conuerſantur. Hoc igitur ferrum/quod Regis regum ſecretiſſima adiit/ intimaq; cordis ſcrutatum eſt/optimo iure inter omnia paſſionis Chriſti particularia inſtrumenta/erit ueneratio

nis/& religionis maieſtate digniſſimum.

¶Aliæ rationes pro ſancti ferri gloria & utilitate naſcentes.

t Ranſcurrentes nunc ad utilitates/ attendere debemus illa inſtrumenta in artibus eſſe præſtantiora/per quæ maiores utilitates/artifices ſibi conquirunt: ſi modo aſſecutam utilitatem ſocietur honeſtas. Sanctũ Lanceæ ferrum/de quo loquimur/ſacramẽtoꝝ utilitates humano generi (peculiari quodã munere) dicitur attuliſſe: Cuius tei teſtes feruntur ampliſſimi/Auguſtinus/Chryſoſtomus/& ſacroſanctum Viennenſe Concilium. Audiamus illos: in primiſqꝫ Auguſtinũ/ qui Libro Quintodecimo/de Ciuitate dei/Capite Vigeſimoſexto/de myſterio Arcæ Noe agens/hęc uerba ſcribit. Et quod oſtiũ in latere accępit/profecto illud eſt uulnus/quãdo latus crucifixi lancea perforatũ eſt: ¶Hac quippe aduenientes ingrediuntur: quia inde ſacramenta emanarunt/quibus credentes initiantur. Idem quoqꝫ Auguſtinus exponens illum Euangelii locũ/in quo Ioannes dicit: Vnus militum lancea eius latus aperuit: Sic ſcribit: Vigilanti uerbo Euangeliſta uſus eſt/ut nõ diceret/latus eius percuſſit/aut uulnerauit ſed aperuit; ut illic quodammodo uitæ oſtium pan-

Auguſtini teſtimoniũ.

deretur: unde ſacramenta Eccleſiæ manauerunt: & continuo exiuit ſanguis/ & aqua: Ille ſanguis in remiſſioné peccatoꝝ fuſus eſt: Illa aqua/ſalutare temperat poculum/hoc eſt/ lauacrum pręſtat/& potum. Hoc prænunciabat quod Noe in latere Arcæ / oſtiũ facere iuſſus eſt: quo intrarent aialia/quę non erant diluuio peritura/& quibus pręfigurabatur Eccleſia. Propter hoc / prima mulier facta eſt de uiri latere dormientis. Et hic ſecundus Adam inclinato capitẽ obdormiuit in cruce/ut inde ei coniunx formaretur/ per id quod ex Chriſti latere dormientis effluxit. O/ mors unde mortui reuiuiſcunt. Quid iſto ſanguine mundius? Quid iſto uulnere efficacius? ¶ Audiendus eſt nunc Chryſoſtomus/qui hunc ipſum Euangelii locum exponens / his uerbis utitur: Quoniam hinc principium habent ſancta myſteria: cũ acceſſeris ad tremendũ calicẽ/ ut de ipſa Chriſti bibiturus coſta ita accedas. ¶ Reſtat adhuc ſacri Viennenſis Concilii teſtimoniũ audire/ per Clementem quintũ comprobatũ: & per Ioannem uigeſimumſecundum in Clementinis/ de ſumma trinitate/ & fide catholica deſcriptũ/in hæc uerba. Firmiter cõfitemur/ꝙ in hac aſſumpta natura/ ipſum dei uerbũ / pro omniũ operanda ſalute/non ſolum cruci affigi/& in ea mori uoluit/ ſed etiam emiſſo iam ſpiritu/perforari lancea ſuſtinuit latus ſuũ:ut exinde profluẽtibus undis

Chryſoſtomus teſtis.

Viennenſis concilii teſtimoniũ.

aquæ & ſanguinis / formaretur unica/& imaculata/ ac uirgo ſancta mater Eccleſia/ coniūx Chriſti/ ſicut de latere primi hominis ſoporati / Eua illi in coniu/gem eſt formata. Poſſent & alii ad hęc teſtes adduci: ſed quoniā qui adducti ſunt/peridonei eſſe/ac copioſe probare uidenť/ſufficiat per hęc tanta teſtimonia fidem feciſſe/ꝙ de uulnere lateris Chriſti Eccleſię ſacramenta fluxiſſe dicūtur: Quoꝝ utilitate nulla eſt maior/nulla honeſtior. ¶ Faciūt enim nos Ciues ſanctoꝝ/& domeſticos dei/ iure teſtamēti Regis ęterni: quod īmutabile factū eſt/eius ſanguine fuſo. Eſt profecto ianua ſalutis aperta hac ipſa utilitate fidelibus per ſacramēta Eccleſiæ liberatis/a/maledicto mortis ęternæ/& emerſis de inferni diluuio/ac de miſeriarū omniū pelago ſaluatis. Hæc porro omnia ſacramentorum beneficia/huius ſacri ferri miniſterio conſecuti dicimur/non autem ueſtis alicuius beneficio. Quare ſi ingrati eſſe nolumus: Ferrum hoc ſanctū/ plus quam domini Tunicā ueneremur oportet. Accedit huc/ꝙ ſicut in opere artis/ultimū artificis opus ſemper eſt pfectius: ita ultimū inſtrumentū cęteris præ/ſtat. Vt enī natura ab impfecto tēdit ad pfectū/dum generat: ita ars/naturæ quaſi pediſſequa/a/ rudiori/bus ſemp/ad magis expolita/melioraq; procedit. Apparet hoc in ędificiis/apparet in picturis. Tunica uero dñi incōſutilis(ſi quod fuit inſtrumētū in xp̄i paſ

Sacramenta Eccleſiæ ad quid nobis proſint.

ſione complenda) eſt certe inter prima connumeratum: quoniam nudus Saluator noſter paſſus eſt.

Sanctum ferrum ultimū noſtræ ſalutis instrumētum.

¶ Sanctum autem ferrum ſalutis noſtræ ſtructuræ ultimū culmen impoſuit. Quandoquidem Chriſtus deus noſter/noſq; ſaluandi magiſter/ paſſionem ſuā lancea exornauit: Mortem ſcilicet ſuam redemptoriæ ſuæ artis extremum opus/ Lanceæ uulnere completum eſſe demonſtrans. Veneremur igitur omnes qua poſſumus pietate/hoc ultimū noſtræ ſalutis adminiculum: ſanctum ferrum: de cuius dignitate/& gloria hactenus dictū ſit. Deinceps uero dignitatē ueſtimentoꝝ domini/& præſertim inconſutilis Tunicæ iam tandem explicemus.

¶ Rationes pro dignitate inconſutilis Tunicæ.

SI dicerem hoc loco ſacratiſſimæ uirginis manibus/ Angeloꝝ Reginæ/ ſummi Regis matris/ ac ſponſæ dei/artificio/ & opera/ Tunicā domini inconſutilem(de qua nunc agimus) per totum deſuper fuiſſe contextam/ &/a/ prima pueritia/ membra Chriſti puriſſima texiſſe/ ac protexiſſe uſq; ad paſſionē/ creſcentiq; Regio/ac pontificio corpuſculo concreuiſſe: non paruam illi dignitatem & deuotionis erga eam piè habendæ rationem attuliſſe

uideri poſſem. ¶ Verum quia hæc nullam de ſcriptu ris diuinis habent auctoritatem: Leguntur@ inter Apochrypha: qui nollent ea credere/nos deriderẽt: Et pari ratione refellerent/qua uoluiſſe probare uide remur. Non recedã igitur/a/teſtibus approbatis/ uel ab atteſtationibus ratione firmatis. Quinimmo ex fundamentis iam poſitis/ pro ſancti ferri uenerabili tate/ſtabit huius ſanctę Tunicę exiſtimatio. Sumãt propterea(ut iuſtum eſt) uenerationem dominicæ paſſionis inſtrumenta/a/contactu ſanctiſſimi corpo ris domini Ieſu Chriſti redemptoris noſtri/ & ab uti litate/quam nobis præſtitit ille contactus. ¶ Sed an tequam ulterius procedamus / animaduertendũ eſt ſanctum ferrum/de quo agimus/ nõ niſi ſemel Chri ſti corpus/& breuiſſimo temporis momento tetigiſ ſe. Veſtes multoties corpus attigiſſe ſacratiſſimũ/& in eius contactu/ſi non immediato/ſaltem proximo/ perſeueraſſe. Dixerim hoc/ſi quando Chriſtus ſe ex poliauit: Quod ſi non fecit aliquando/ut interiorem tunicã mutaret/ uel ut quieſceret / uel ut ſe ueſtibus leuaret: ſed ſemper ueſtitus uixit: Veſtes continue multoſq; per annos / corpori eius circumſtetiſſe cre dentur. Ferrum per Satellitem tunc diaboli/ iniurio ſa manu/crudeli mente/& impia/ Chriſti corpori ap proximatum eſt/atq; infixum. Veſtes ſanctis/& piis matris eius manibus/aut ſtudio Ioſeph mariti uirgi

Apochrypha legitime non probare.

Ferri Sancti/ & ueſtiũ Sal uatoris ĩ eius corpus tãgen do differẽtia.

nis matris/ aut cuiuſlibet amici obſequio/ uel ꝓprio Chriſti motu/corpus ſanctiſſimũ operuerunt/& cir/cumſteterunt • Veſtes beneficium Chriſto fuerunt: Ferrum iniuria• Veſtes poſtremo dominũ Saluato/rem uiuentem & ſentientem complexæ ſunt • Ferrũ hoc nõ Chriſtum attigiſſe/neq; Ieſum(ſi rei ueritatẽ penſitaueris)comperiemus: ſed corpus tantum ſua mortali uita iam functum/& penitus uacuũ•Quare nõ uideo cur magis honorem / quod non niſi ſemel/ & breuiſſimo tẽporis ſpacio/ iniurioſa manu/ impia mente/iam mortui Regis/corpori admotũ eſt: q̃ ea/ quæ Regi uiuenti ſæpius/diu/ac pie/ cõtigua fuere: quæ ipſemet ſibi ſumpſit: ipſe ſuo uſui deputauit• Dixiſti Ferrum tetigiſſe nobiliſſimi corpis nobiliſſi mam partem/nobiliſſimũ membrũ/Cor/non ſic ue/ ſtes•Siſte parum•Dic quæſo•Quid nobilius eſt uiui hominis extremus digitus: an totũ corpus uita nu/ datum? Viuentia/non uiuentibus præfert Auguſti nus/ inter Chriſtianos Philoſophos excellẽtiſſimus: Ego aũt nihil diffinio: nihil plus dico/q̃ dixerit ille• Conſtat ex Euãgelio/ueſtes/ uiua membra attigiſſe• Lanceæ autem ferrum iam mortui latus aperuiſſe: & ſi cordis Cameram adiit: iam functi officio adiit/ & mortali uita priuati• Dixiſti ferrũ penetraſſe pro/ fundius: Poſſem dicere nihil referre: quoniam exa/ nime corpus/ſenſu/motuq; orbum tunc penetrauit•

Veſtes ſententia Chriſti membra texerunt/& prote xerunt. Plus autem eſt uiuum Leonem tangere: q̃ mortuũ perforare. Sed oſtendam ueſtimenta/& nobilius Chriſti mẽbra tetigiſſe/q̃ ferrum: & corpus dominicũ profundius eſſe complexa. Totum enim ſicut maius eſt qualibet parte ſui; ita(ſi quam habet nobilitatem) nobilius eſt totum qualibet ſui parte. Quis aũt neget totũ Chriſti corpus qualibet ſui parte nobilius eſſe: etiam ſi cor ipſum afferas in mediũ. Nobilitas enim cordis/ in totius corporis nobilitate cõcluditur. Veſtes totũ Saluatoris corpus attigerũt: & utrumq; eius latus circũdederunt: Et ſi cordis cameram non intrauerunt/ conſecrauerunt tamen illam/honeſtauerunt/ &(quod longe honorificentius eſt)a/lęſione tutatæ ſunt. Ita profecto/& Regii cubiculi aſſiduos Cuſtodes longe maiori honore Aulici proſequuntur: q̃ eos/qui ſemel tantum Regis cubiculum intrauerunt: uel ut intrarent impulſi fuerũt: & Regem ipſum allocuti non ſunt: ſed dormientem (quod ferro contigit)offenderunt. Ferrum pręterea uſq; ad profunditatem dimidiam corporis Chriſti non peruenit: & uni tantum corporis parti ingeſtũ eſt. Veſtes autem profunditatem amplexæ ſunt totam: & per omnem Chriſti corporis partem expanſę ſunt. Vide nũc quid profundius/profundũ aliquod attigit: Illud ne/qđ unica ex pte uix ad medietatẽ per

uenit: an quod toto ambitu illud continuit? Quare nulla contactus ratione/ueſtes/a/ferro ſuperabuntur: quia id momentanee/ unica ex parte/ iniurioſe/ & exanimatum iam corpus Chriſti ſanctiſſimũ attigit: Hæ multotiens/diu/benefice/ uiuum/ & totum circumplexæ ſunt.

¶ Quot & quæ ſint gratiæ Sacramentorum Eccleſiæ.

SVpereſt nunc de rationibus beneficentiæ pro Tunica domini incõſutili/dicere: Quæ ut melius intelligantur / neceſſe eſt ut paulo altius ſe ſe tollat oratio / ad reſcindenda ſcilicet beneficia/ quę humano generi pro Chriſti merito / in eius paſſione/donata ſunt: & quæ Chriſtiani etiam ex ſacramentorum Eccleſiæ perceptione conſequuntur.

Baptiſmatis gratia unde ſit prima/& eius effectus.

¶ Quattuor hæc ſunt/quorum primũ/ gratia prima nuncupatur. Hæc eſt quæ hominibus in uicem originalis iuſtitiæ datur: dum baptiſma ſuſcipiunt: & ideo/a/Theologis prima tabula eſt dicta / poſt naufragium in Adam factum. Effectus eius ſunt liberatio/a/pęna damni/pro originali culpa/debita: Abſolutio/a/pęna ſenſus ſimul/& damni/pro culpis mortalibus perpetuo ſubeunda: Ianuę paradiſi aperitio/ ideſt/facultas & proxima habilitas ad ęternam fęli-

citatem obtineudam/quam originalis iuſtitiæ carentia procul/a/nobis elongauerat. ¶ Secundum beneficium / ſecundam gratiam dicere poſſumus: Hanc per Pęnitentiam aſſequimur: Quæ ideo ſecūda poſt naufragium tabula dicitur: quoniam peccata/ poſt baptiſma cōmiſſa/ per illam relaxantur: Etenim/a/ pęna/pro illis in ęternum debita abſoluimur/dū pęnitemus: quæ aliter impęnitentes ęterna manet.

Pęnitētię gratia ſecūdum beneficiū.

¶ Tertium beneficium/augmentū eſt gratiæ/ & corroboratio: quæ ad meriti/ & gloriæ cumulum facit. Hęc in paruulis per confirmationem uenit: in adultis uero perfectioribus augetur adhuc in ſacrorū ordinum acquiſitione / & diſtributione ſacramentoꝝ. In adultis autem minus perfectis idem fit per matrimonium. In utriſq; per Euchariſtię perceptionem/ ſi modo hęc omnia charitate ſint fulta. Eſt adhuc quartum beneficium/quod nos gratiarum ſigillum dicere poſſumus. Id autem extrema tribuitur unctione: Dum ſcilicet infirmorum ſancto ungimur oleo: & de mortalitatis mundo egredientes: omniū eius illecebrarum uictores effecti/ honore coronamur/ & gloria: iuſtitiæ oleo uncti / pręnoſtris participibus.

Confirmationis/& ſequentiū ſacramentoꝝ gratia.

¶ Hæc inquā omnia beneficia: hæ gratiæ in ſacramentis Eccleſiæ contributæ/nullo noſtro merito/nobis ſuccedunt: nam ſi ex merito: iam non ex gratia: (ut dicit Apoſtolus) Nemo igitur exiſtimet ſe aliqd

Gratiæ gratum faciētes/ ex noſtro merito nō ſunt.

pro his eſſe/cũ nihil ſit: nemo credat ſe illas habere/
niſi ex ſola diuinæ mentis beneficẽtiſſima largitate:
quæ (teſte Paulo) nõ ex opibus iuſtitiæ/quę fecimus
nos: ſed ſcdm miſericordiã ſuam/nos ſaluos fecit.

¶ Quare teneamur Chriſto pro
gratiis Sacramentorum.

n Vnc ſi quæres/ Quid igitur nobis proſunt la
bores/anguſtiæ/pęnæ/& merita Chriſti/ſi ſo
la dei uoluntate per Eccl'iæ ſacramẽta ad pro
merendam eternam uitam inſtauramur. Poſſem di
cere Chriſtũ eſſe deum/& iccirco/nos eius maieſtati/
(pro ſua erga nos bona uolũtate) immẽſum debere:
quia ſcilicet per ſacramẽta ſaluari nos uoluit: & uim
per quam ſaluamur/contulit ſacramentis. Sed ut do
minicæ paſſionis beneficentiã/& inſtrumentoꝵ pa
tienti dño applicatoꝵ/ Vitæq; totius Chriſti utilita
tes plenius explicemus: Hic meriti radices mõſtran
dæ ſunt. ¶ Prima itaq; radix: primũue meriti funda
mentũ ſemp eſt uolũtas acceptantis opus. Fit enim
aliqd ideo meritoriũ/qui præmiũ largiturus certum
uult præmiũ/certo operi tribuere: Et hæc quidem ra
dix/eo magis/merito uigorẽ præſtat: quo uolũtas ac
ceptans/& præmiũ ſtatuens/liberior eſt/& ſupior/ac
magis abſoluta legibus. Etenĩ apud Principẽ quiſq;
meretur: quantũ principãtis uolũtas opus accipit ad
grãm/uel quantũ lex iubet/Principem/ dignũ opus

Meriti radi
ces.

præmio exiſtimare. ¶ Verũ cum lex/a/uolũtate ſan cientis illã/ſumat exordiũ: Qđ ex lege fit meritoriũ/ ex uolũtate legiſlatoris ſumpſit prius meriti rationẽ: Ocioſum nõ erit exẽplo hic declarare quæ diximus. Quemadmodũ enĩ Dux/ qui ciuitatẽ expugnauit/ſi primũ muroꝝ aſcẽſorẽ/aureo torque/domo egregia/ amplis fundis/atq; feracibus/ſpõte cõdonat: Accipit hæc oĩa Miles de ſola Principis liberalitate: qm̃ ſuo iam ſacramẽto/omnia opa militaria præſtare tenet᷑: Nec tñ abſq; ſudore/piculo/& ſanguine/præmia illa conſequit᷑: Niſi quãdoquidẽ acriter depugnaſſet/& mortis diſcrimini/fortitudinis militaris fiducia ple/ nus/ſe ſe obieciſſet: nunq̃ profecto tãta fuiſſet mune ra cõſecutus. At ſi ante expugnationis aggreſſũ Dux ipſe uoce præconia/Legeue ſcripta edicat ſe hmõi eũ muneribus donaturũ/ qui primus aſcẽderit muros/ tenueritq;: Et poſt uictoriã/exhibeat/quod promiſit: Miles ea accipiẽs nõ ſola principis uolũtate/& ſuo la bore illa cõſequit᷑: ſed etiã ex ꝓmulgatę legis debito/ uel ſcriptæ: quod tñ/a/principis uolũtate originẽ ha buit. ¶ Scđa meriti radix eſt operãtis/uel opus offerẽ tis intẽtio/Principis uolũtati/ uel ſtatutæ ab eo legi/ ſe ſe coaptans: Et hæc quidem licet non ſit primaria cauſa meriti: eſt tamen poſt primam præcipua. Nã ſi Miles (de quo loquimur) uoluntatem propriam non dirigeret ad Imperatoris ędictum; nequaq̃ di/

Ex lege meri torium aliun de/eſt merito rium.

Merentis in/ tentio quæ eſ ſe debeat.

gnus prꝺmio/per ſua opera/ euaderet: ſed & ſuppli/
cio obnoxius redderetur: ſi contra/uel præter uolun
tatem Principis aliquid utile/uel glorioſum molire/
tur. Apparuit hoc in Titi Manlii Torquati filio/qui
de hoſtis uictoria/uirgas/capitiſq; ſupplicium/a/ Pa
tre tulit: Quoniam Imperatore inconſulto/ſingula/
re cum hoſte certamen inierat: & Conſule patre in/
ſcio/uictoriam reportauerat. Tertia meriti radix eſt
operis exhibitio: quod/Imperator fieri uoluit/& mi
les effecit. ¶Quæ cauſa/ licet primaria non ſit/ neq;
præcipua/eſt tamen neceſſaria. Nemo enim murali
corona/nemo ciuica/in Romana curia donabitur/ni
ſi qui muros obtinuiſſet/uel de hoſtiũ manu Ciuem
eripuiſſet/aut ne caperetur in bello effeciſſet. Sacra/
mentorum efficacia/& gratiæ/quas per ea conſequi/
mur/a/ fonte diuinæ bonitatis emanant/ ut/a/ cauſa
primaria/quæ hominẽ propria culpa lapſum in pꝺ/
nas/ uult per Eccleſiæ ſacramenta releuare. Si quis
tamen homo dei amicus: qui Regis ꝺterni ſigna/hac
in mortali uita(quꝺ militia eſt)nunq̃ deſeruerit: qui
pro iuſtitia mori decreuerit: per pꝺnas / delicto pri/
mi hominis congruas/ proq; omniũ hominũ culpis
ſatiſfacere uoluerit. ¶Chriſtus ſolus prꝺſtare hoc po
tuit: quia ſolus inter homines temporaneæ natiui/
tatis ſuæ iure/ ſine peccato fuit: ſuaq; morte præſta/
re uoluit: dicẽte Propheta: Oblatus eſt/quia ipſe uo

Intentionem ad meritum nõ ſufficere.

Solus Chriſtus pro omnibus hominibus/meritus eſt.

luit. Hæc igitur eius uolũtas præcipua cauſa noſtræ
ſalutis/ & gratiæ proculdubio fuit: quam per ſacra-
menta cõſequimur. Dum ſe ipſum ad paſſionem ex-
hibuit/ Iudeis illum crucifigere quærentibus: dum
uelut Iſaac/& ſupra modum/pluſquam Iſaac/factus
eſt obediens uſq; ad mortem: dum crucis ligno cla-
uis confixus eſt/ſua uoluntate: dum(quod prius uo
luerat)per cruentam mortem/ de mundo/ & de dia-
bolo / moriendo triumphauit: Hanc tertiam ſalutis
noſtræ cauſam expleuit: quæ ita erat neceſſaria / ut
ſine illa/nemo unquam/quantũlibet iuſtus/ad ęter-
nam fœlicitatem poſſidendam admiſſus fuerat/nec
admittendus erat. ¶ Conſultiſſime igitur paulo/an-
te mortem / in cruce exclamauit: Conſumatum eſt.
ac ſi proteſtando deo patri / filius obſequentiſſimus
diceret. Tu deus uoluiſti per mortem innocentis ho
minis ab ęterna morte omnes homines liberari: Ego
natura / deus ab ęterno: Homo autem in tempore:
quod tu decreueras / & ego me facturum promiſerã/
maxima iam parte peregi: Ecce nũc morior/ut quod
reliquum eſt impleatur. Conſumatũ igitur eſt opus
redimeudi hominis: quoniam tres cauſæ ad ſalutem
hominũ promerendam neceſſarię coierunt. Habent
itaq; ſacramenta Eccleſiæ ſuam efficaciam/a/labori-
bus/doloribus & morte Chriſti/tanq̃/a/cauſa ultima
ſed tamẽ neceſſaria/A/uolũtate Chriſti creata: Crea-

Cõſumatum eſt/ qd ſigni-ficauerit/a/ xp̃o prolatũ.

toris decreto ſe ſe offerente: ut/a/ cauſa ſecunda / & quaſi intermedia. A/diuina uero uolũtate/ ut/a/cauſa primaria & aliarum omniũ cauſarum ſuprema.

Eccliæ ſacramẽta quomodo ſunt gratia / quomodo ſunt meritum.

¶ Sacramentorum igitur efficacia/& quattuor beneficia/quæ ſupra enumerauimus/ſi ad nos compararentur/gratia/pura ſunt:quia nullo noſtro merito nobis dantur/ut cõdigno. Conſtat hoc ex infantiũ baptiſmate/qui ad baptiſma nihil operantur:& tamen gratiam acquirũt. Si autem hmõi beneficia ad Chriſti perſonam comparentur/non mera ſunt gratia/ſed laboris præmiũ: Immo uero ſanguinis præciũ/ & ſummi Regis uitæ / de congruo tamen. Congruum eſt enim deum/ qui nunq̃ fallit/ nec fallere poteſt/præmium/quod promiſerat iuſto/ ad ſpontaneam mortem/& quidem duriſſimam/ſe ſe perſoluere. Debemus igitur (Chriſto ſecundũ humanitatem) q̃ maxime/ ob ſuam erga nos optimam mentem/ qua pro nobis pati uoluit duriſſimã mortem ſine culpa ſua/ ſine cõmodo ſuo / pro ſua fortitudine magnanima/ militari/non ciuili: ſed pluſquam heroica: Per quã terribiliſſimum omnium intrepide ſubiit/aggreſſus eſt/ac ſuperauit. Hæc cum ſic ſe habeant/ manifeſtũ eſt ſacramenta Eccleſiæ/a/ Chriſti operationibus in uita/& ab eius morte efficaciam ſumere:poſt eius uero mortem/nihil ultra beneficentiæ/uel efficaciæ illis accedere potuiſſe.

℄ Omnem ſacramentis Eccleſiæ uirtutē a/Chriſti uita & morte prouenire:& poſt eius mortem nil illis acceſſiſſe.

c Omprobaturus/& declaraturus apertius Eccleſiæ ſacramenta / non/a/lateris uulnere noſtri Redemptoris: ſed ab ipſius uiuentis operationibus/paſſionibuſq3/ & tādem uitæ traditione/ per diram crucis mortem/ omnē ſaluandi nos ſumpſiſſe uirtutem: Quia hoc atteſtationibus adductis/ nō conſentire uidetur/& rei/de qua agitur/ continet fundamenta: Primo loco/patrū traditionibus inniti conſtitui; & id ipſum deinde rationibus cōmunire. Accedat fidei chriſtianæ gladius/& aſſertor accerrimus Paulus Apoſtolus / & hac de re dicat quantum diuinitus accępit/ad tertium cœlū raptus. ℄ Teſtamentum in mortuis confirmatū eſt. Hæc Pauli eſt de hac re ſententia/ad Romanos ſcribentis: Vbi pręclaro Doctor gentium proceſſu/& uas electionis/manifeſtat legis obligationē in defunctis ceſſare: facultatemq3 permutādi/uel meliorandi teſtamenta/ mortuis eſſe penitus interdictam: Qui tamen/quamdiu uiuunt; etiam inter ultimos ſpiritus/& pęnas/quantumlibet duras (modo ſit ſana/ & integra mens) teſtamenta ad libitum mutare poſſunt. Adducit ad hanc rem Paulus Nuptiarum ſimilitudinem.Nam

Legem uiuos artare/ non mortuos.

ſicut per omnem uitam/matrimonii uinculum/inter legitime iūctos eſt indiſſolubile/& per alterius mortem ſoluitur: Superſteſq3(ſi uult)nubere poteſt. Sic uerſa uice/teſtamentū/quamdiu teſtator uitam mortalem uiuit(ad authoris libitum)minui/augeri/mutari; & poſt mortem teſtatoris/ nihil ei detrahi / nihilue addi poteſt. Qui effectus/tam & ſi contrarii uideantur; quoniā matrimonia/ in uita manent/ poſt uitam ſoluuntur. Contra: Teſtamenta/in uita mutantur: poſt uitam mutari nequeunt: Ambo tamen ab eodem rationis fonte procedunt. Quia enim Lex matrimonii ad operationes uiuentium ſpectat/mortuos non ligat. Teſtamentum uero facere/ quoniam propria opera uitæ præſentis / pro ſucceſſoribus eſt ordinare; Qui non eſt inter uiuos/id amplius facere non poteſt. Et quod uiuens inſtituit/alius mutare non debet. Nulla eſt ergo in utroq3 mortuis authoritas: nulla ad operandum poteſtas. Sed reuertamur unde diſceſſimus. Gratiæ ſacramentorum/teſtamentaria ſunt bona fidelium hęredum Chriſti. Eas igitur / ante mortem teſtatoris/ decuit eſſe conſtitutas/ ut per eius mortem/firmitatē acciperent. Nunc quoniam lateris uulnus Chriſti corpori iam exanimi inflictum eſt; Niſi rationem Pauli doctoris gentium/ & iuris ordinem negauerimus. ¶ Confiteri neceſſe eſt/ſacramenta Eccleſiæ(quia teſtamentaria ſunt bo

Sacramenta eccleſiæ ante

na fidelium)poſt Chriſti mortem/a/ uulnere lateris efficaciam non accepiſſe: ſed antea/per paſſionẽ xp̃i/ omnem/quem nunc habent/uigorem habuiſſe: qui/ per Chriſti mortem/illis fuerit confirmatus. Declaratũ eſt iam/a/Chriſti meritis/ ut/a/cauſa præcipua/ quia mereri uoluit: Et/a/cauſa neceſſaria/quia uolita perfecit/uigorem dari Eccleſiæ ſacramentis. Mereri aũt/& demereri/uita mortali uiuentiũ eſt. ¶Quo fit ut in Inferno nõ ſit redemptio: & in Paradiſo ruinæ periculum non cadat: quoniam utrobiq; meriti/uel demeriti exacti ſunt termini. Exceſſerat hos termi nos Chriſtus/merendi ſcilicet/ac demerendi faculta tem/quum eius lateri inflictum eſt uulnus: Erat enĩ (Ioannis euangeliſtæ teſtimonio)mortuus tũc: qua re ex uulnere lanceæ non meruit. Non igitur lateris uulnus ſacramentis efficaciam præſtitit: immo nec præſtare ualuit. ¶Accedit huc/ꝙ Chriſtus(ſecundũ hominem)meruit/nõ ut deus. Deus enim mereri nõ poteſt: cum ſubiici merentem oporteat: & ſuperioris uoluntati eſſe concordem: Deus autẽ nec ſubiici poteſt/ ut deus: nec uoluntas ulla maieſtati diuinæ poteſt eſſe ſuperior: cui deus ſe ſe componat. Quare/ non ut deus/ſed ut homo/Chriſtus/pro hominibus/ meruit. Nunc quoniam Chriſtus in triduo mortis/ quo tempore Lancea fuit uulneratus/ non erat homo (erat enim mortuus)ex uulnere lateris nihil me

Ante mortem Xp̃i efficaciã habuiſſe: ſed in morte confirmationem.

Infernus unde ſit abſq; remedio acquirendi: & Paradiſus ſine timore amittendi.

Deus mereri non poteſt.

Christi uita nihil habet creatum bo nitate par.

ruit. Nihil igitur uigoris ex eo uulnere ſacramentis Eccleſiæ acceſſit/uel accedere potuit: unde illis effi-caciam acceſſiſſe credi debeat. ¶ Facit ad hoc uitæ Chriſti præcium ineſtimabile/& ordo iuſtitiæ. Nul-lum enim bonum fuit/in uniuerſo mundo/imo neq; omnia creata ſimul/uitæ Chriſti excellentiſſimæ/ in bonitate poſſunt adęquari. Nullū eſt etiā tam gran-de malum: ſed neq; ſimul aggregata omnia peccata tantam habent maliciā/ut bonitati uitæ xp̄i/in pon-dere/numero/uel menſura ęquari poſſint. Nempe ſi omnia creata bona/uel mala/huic uni bono/menſu-ra/ſeu pondere comparentur: ſemper uitæ xp̄i perfe ctio uirtutum omniū creaturarum perfectiones/om niumq; uitiorum malignitates excedet. ¶ Et hęc eſt ratio: quare xp̄s/pro omnibus hominibus/ſufficien ter meruit: & pro infinitis adhuc mereri potuiſſet/ ſi infiniti homines futuri fuiſſent: meruit tamen effi caciter/pro electis tantū: Quia ſoli electi ſalui fiunt/ & poſt mortem fœlices Sanctorum animæ gaudent in cœlis. Cuius rei gratia/ſecundum efficaciam/paſ-ſus eſt chriſtus/& mortuus. Hæc/ſi ita ſe habent: ſa cramentis/per quę ſaluamur/ex uulnere lateris/poſt mortem aperti efficacia non acceſſit: Quoniam/per chriſti uitam pro omnibus peccatis/ & peccatoribus redimendis/ſufficientiſſimam/& per mortem in pre cium horum/ & redemptionem exhibitam iam/ ha-

Xp̄i meriti ſufficientię & efficacię ratio.

buerant unde ſaluare nos poſſent. Nam ſi in iuſtitia Ciuili ęquiualens ſatis eſt dediſſe Creditori/ pro debito/aut læſo/pro emendatione/ ſeu compenſatione damni/uel iniuriæ: Apud deum/qui copioſus eſt in miſericordia/ qui bonorum noſtrorum indiguus nõ eſt: plus debito dediſſe ſatis fuerit: præſertim cum hominum leges mitius ſemper agi uelint / dum puniũt. Nunc uero/cum pro ſoluenda peccatorum pęna/uita Chriſti tradita ſit in mortem: diuinam iuſtitiam (cuius iudicium miſericordiam ſuperexaltat) non plus exigere decuit / neq; Sacramentis plus ineſſe uigoris / requirere eam conuenit: q̃ tota Chriſti uita ſimul/& mors pręſtare potuerint: Quoniã abundantiſſimum precium ſunt omnis damni reſarciendi/& abolendæ etiam omnis iniuriæ. Satis igitur efficaciæ/ ad ſaluandos homines Eccleſiæ ſacramenta ſumpſerunt/per uitam/ & mortem chriſti precioſiſſimã in conſpectu dei. Quare ex uulnere lateris nihil illis oportuit ſuperaddi: Et humani generis redemptio/excellentiſſimæ charitatis opus fuit. Huius aũt ſupremum munus eſt (chriſti dei noſtri teſtimonio/ apud Ioannem/ & apud Paulum noſtræ fidei lumina) dare animã pro charis ſuis. Chriſtus/hoc/in paſſione fecit: hoc in morte compleuit: Ergo in paſſione/& morte chriſti/homines redempti ſunt: non uulnere ſui lateris. Dicat adhuc/ de hac ipſa re chriſtus

Quando fuerit xp̄s/a/terra exaltatus: & quid ſibi uelit/Cū exaltatus fuero

ipſe teſtimonium. Cū exaltatus/inquit/fuero/a/terra/omnia traham ad me ipſum. ¶Fuit Chriſtus(cuius hoc eſt teſtimoniū in Euangelio)in cruce exaltatus: In terra quidē exaltatus/ſed non/a/terra. Crux enim terræ infixa erat: ſed & lignum crucis: in quo tunc Chriſtus erat exaltatus/de terra factum erat:& naturæ cōmunis neceſſitate tranſiturum in terram. Itaq; Chriſtus in cruce nō/a/terra exaltatus erat/ ſed in terra: Moriens autem exaltatus eſt/a/terra: quoniam tunc anima eius ſanctiſſima/a/ terrenis actionibus fuit penitus abſoluta: Et factus eſt Chriſtus Rex in cœlis/qui pauloante fuerat peregrinus in terris. Moriens porro Chriſtus omnia traxit ad ſe:quia per grati animi obligationem: omnia ſibi deberi fecit/dum pro omnibus debitū ſoluit: & omnem creaturam lapſam reparauit: ſi modo illa reparari conſenſerit: & tanto precio ſe redimi uoluerit: ac ingrata non fuerit. Itaq; ſi Chriſti uerba ſunt(ut ſunt)infallibilia/& nunq̄(ut ipſe ait)a/ueritate caſura:negare non poſſumus/neq; debemus/per eius mortē/qua exaltatus eſt/a/terra/& inextimabili beneficentia ad ſe omnia traxit: humanum genus eſſe redemptum/reparatum/& inſtauratum. Inſuper inficiari nō poſſumus/a/morte/ uel per mortem / aut in morte eius/ omnia per quę ſaluamur efficaciam habuiſſe. Saluamur autem per Eccleſiæ ſacramēta: Illa ergo/a/Chri

ſti uita/per mortem exhibita/ſuam habent efficaciã.
Et hoc quidem eſt/quod omnium fidelium cõmuni
mente/& uno conſenſu/unoq; feſtiuo cõcentu in Paſ
chalibus gaudiis ſancta cantat Eccleſia. Ipſe enī ue-
rus eſt agnus/qui abſtulit peccata mundi: Qui mor
tem noſtram moriendo deſtruxit/& uitam reſurgen
do reparauit. Præterea dominus Ieſus fruſtra dixiſ-
ſet: Conſũmatum eſt: dum in mortis articulo con-
ſtitutus eſſet / Et pene moriens/ſi quid poſt mortem
ad ſaluandum homines peragendum reſtaſſet.

¶ Solutiones pulcherrimarum difficulta
tum rem quã agimus penitus aperientes.

P Oſt animæ ſeparationem/a/Chriſti corpore/
Chriſtum non meruiſſe: nec uulnus lateris/
uel aliud opus mortem Chriſti ſubſecutũ/ ſa-
cramentis efficaciam tribuiſſe/maxime/ex eo conſta
re uidetur: quod mereri uiuentiũ eſt/non mortuorũ:
Et Chriſtus ubi inclinato capite ſpiritũ tradidit/ ad
horam uſq; reſurrectionis: inter mortuos numeratᷣ:
intra quod tempus lancea Miles latus eius aperuit.
Sed quoniam ex tempore diuinitas Chriſti corpori
aderat: quod nunq̃ deſeruit: ſi anima corpori unita/
illud uiuere facit/& operoſũ reddit: Diuinitas/quæ
uitæ origo eſt/ac(ut ita dixerim)uitarum uita/quo-

modo non reddidit uiuum/& operoſum corpus/ cui erat inſeparabiliter ſociata? Si uero ob uitæ pelagus infinitũ ſibi aſſociatum uiuebat in illo ſepulturę triduo chriſti corpus / operari etiam potuit/ & mereri: Quare nõ erit/a/ ratione alienum/ ex uulnere lateris chriſtũ meruiſſe/& efficaciã ſacramento tũc dediſſe/ quando ex eius latere uulnerato/ſanguis & aqua manauit. ¶Hanc difficultatem quiſquis facile ſupabit/ ſi diuinæ naturæ ꝓprietates recte penſitauerit: menteq; ſimul attenta reuolucrit. Quomodo natura diuina in mortis triduo xp̃i corpori unita erat: Sane/proprietates diuinæ naturæ/ſi conſideremus: illam/omnino impaſſibilem confitebimur; & longe minus q̃ cœloꝝ ſubſtantiam peregrinas impreſſiones capere poſſe non dubitabimus. Eſt enĩ ab omni ratione materiæ(quæ paſſionum / & alterationum fundamentum/a/ Philoſophis prædicatur) penitus aliena dei ſubſtantia. ¶Impaſſibile aũt ſicut ipſum pati nõ poteſt: ita cui additur rationẽ præſtare nõ poteſt: quia nemo dat quod nõ habet. Et unũquodq;/talem uim/ rei/cui adiungitur præſtat; qualem in ſemetipſo uirtutem habet. Itaq; ex naturæ diuinæ impaſſibilitate ſoluta eſt:quę fuerat adducta difficultas:Quoniã ſcilicet natura penitus impaſſibilis/corpus/cui unitur/ pati non facit:ſed potius/a/paſſione pręſeruat. Balſamum/quoniã de facili nõ putreſcit; corpus quod eo

Deum omnino impaſſibilem.

Diuinitas xp̃i corpori ſociata illud impaſſibile non faciebat/ nec paſſibile.

inungitur/diutiſſime/a/putredine creditur pręſerua
re. Et Muſcũ/ quia odoriferũ eſt / etiam minus bene
olentia/odore meliora quãdoq; reddit/uel ſaltem nõ
tam terra. Si uero rebus nõ male olentibus adiunga
tur optimo illas odore reſpergit. Diuina igiť natura
quoniã pęnam/uel triſtitiã/nulla poteſt ratione ſen-
tire: ſi plusq̃ Balſamũ eſt præſeruatiua: plusq̃ Muſ-
cum odorifera: ſanctum chriſti corpus ab omni cor-
ruptionis/ & paſſionis iniuria/ illo in triduo præſer-
uauit. Hoc eſt quod per Spiritum ſanctũ dicitur in
Pſalmo: Non dabis ſanctũ tuũ uidere corruptionẽ.

¶ Corpus chriſti in triduo uitæ/quæ deus
eſt/unitum deo/qui uita eſt.

m Odus pręterea unionis/quo xp̄i corpus natu-
ræ diuinę fuerat aſſociatũ/ edocet ex hmõi cõ
iunctione/uel unione/quãuis manẽte poſt ſe-
parationem animæ/a/corpore: corpus exanime nihil
agere potuiſſe uitale / neq; potuiſſe ſentire dolores.
Vniebanť eni natura diuina/& corpus xp̄i in eo tri-
duo/ ut quæ ad inuicem cõmiſcentur: Quorũ alterũ
uel tranſit in proprietates alterius/ ut puſillũ aquæ/
(dum uino cõmiſcetur) uel ambo/ſuas proprietates
amittentia/ in nouas eunt formas: quemadmodum
extremorum colorum mixtione fiunt medii; & Al-

chimiſtæ fere ſemper ex multis bonis/ nihil bonū fa
ciunt• Nempe diuina natura ſuas proprietates in il/
la unione non amittebat/corporis proprietates con/
fundebat: ſed ſaluis utriuſq; naturæ proprietatibus/
ambæ ſibi inuicem copulatæ pmanebant• Neq; tūc
diuina natura/& natura humani corporis unieban/
tur ut accumulata : quorū neutrum in altero eſſe di/
citur : Diuinitas enim tunc fuiſſe / & uere nunc eſſe
in Chriſti corpore prædicatur• Erat tūc diuinitas in
tima humano corpori / licet exanimi : eſt & modo:
Quod nunq̄ contingit in accumulatis: quorum totę
ſubſtantiæ ab inuicem ſeparatæ ſolumq; unitæ dicū
tur : quia ſunt iuxta poſitæ• Pręterea non uniebātur
diuinitas / & corpus Chrſti eo modo / quo accidens
unum fit cum ſubſtantia• Prima enim/& perfectiſſi
ma ſubſtātia accidentis rationem habere nō potuit:
quoniam perfecta nō eſſet : ſubiectum etiam eſſe nō
decuit • Iam enim habitum eſt/ illam minus q̄ cœlū
poſſe extraneas impreſſiones accipere• Corpus uero
Chriſti/licet ſubiectum eſſe poſſit: non tamen(ut ita
dixerim)naturam diuinam ſubiicere potuit: neceſſe
eſt enim ſubiectū/ſuis accidentibus eſſe perfectius:
nihil autem diuinitati eſt ęque perfectū: Multo igi/
tur minus quodcunq; corpus dederis/illa perfectius
erit• Sed nec uniebantur illo tēpore diuinitas/& cor
pus Chriſti/ut forma ſubſtantialis/& materia : quo/

niam natura infinita informare non poteſt: uel for-
mam acquirere: fieret enim pars: quod actus omni
no infiniti rationi eſt incompoſſibile: cum non poſ-
ſit quod actu omnino infinitū eſt/pars fieri. Maius
aliqd fieret tali infinito: quod rationi nō conſen ſit/
ut actu ſcilicet oīno infinito/ ſit aliqd maius. Quare
diuina natura/Chriſti corpori forma eſſe nō potuit.
Neq; uero xp̄i corpus id eſſe potuit diuinitati: plus
enim infinito repugnat formā accipere: q̄ formā eſſe.
Neq; etiam uniebantur ut motor externus/& mobi-
le. Hæc enim ſe uirtute contingunt/non re fiunt in-
tima: Quinimmo ſingula/partes ſuas habent/a/par
tibus alterius ſegregatas. Diuina autem natura/ in
illo triduo/a/nulla parte chriſti corporis erat ſepara-
ta: Sed totum Chriſti corpus/ totam diuinitatem/&
in ſingulis ſui partibus/& ſimul in omnibus/ intus/
& extra inſeparabiliter copulatam habebat. ¶ Vnie
bantur autem diuina natura/& corpus chriſti eo mo
do/quo ſubſtentans iungit̃ ſubſtentato. Hoc tamen
addito/ꝙ natura diuina totum xp̄i corpus/ & quam
libet eius partem ſibi unitam habebat: nec ſolū par-
tem unam contingebat: per quam reliquæ ſtarent/
ut in ſubſtentātibus/ & ſubſtētatis quottidie uidere
licet: ſed quælibet pars corporis chriſti ęque proxi-
mam habebat/habuit ſemper/ ſemperq; habebit na-
turam diuinam/nec ſolum proximam/ſed intimam

Naturæ diui
næ & huma-
næ in Chriſti
perſona unio
nis modus.

& unitam. Itaq; ſicut nunc uere licet tunc quoq; dicere licebat corpus chriſti deum eſſe. Ita uerum erat & uerum eſt dicere/Caput/manus/digitus/articulus Chriſti corporis eſt deus. Hanc unionem Theologi hypoſtaticam/ ſiue ſuppoſitalem dicunt: quoniã ex duabus naturis/ diuina ſcilicet/ & corporis humani Ieſu chriſti/unicum ſuppoſitum conſtabit. Et ex eorum unione/ non creſcebat numerus ſuppoſitorum/ ĩdeſt/per ſe ſubſiſtentiũ: Sed illę duæ naturæ unum & unicum per ſe ſubſiſtens efficiebant. Hæc porro ultima unionis ratio ſenſum non præſtat/ nec motũ unitis. Neq; enim baculus annoſum Senem ſubſtentans/ moleſtias ſenectutis ſentit/ quæ ſubſtentatum cruciant: Neq; Senex ab igne læditur/ dum baculus/ quo ſubſtentatur/ in extremo igni comburitur. Et profecto ſemper in talibus uidere licet neutrum alterius proprietates ſapere. Si quæras autem quare affirmata de ſubſtentante/nõ affirmentur de ſubſtentato: Et quare quod de uno negatur/ de altero nõ negetur? Quæ inquam ſubſtentanti baculo conueniunt: cur Seni ſubſtentato conuenire non dicimus? Et tamen in hac noua unitorum ratione/ quã ſubſtentationi aſſimilaſti: quæ uni naturæ conueniunt/ de alia affirmare ſolemus: cui tamen ſeparatæ repugnarent. Dicimus enim deum mortuum/ & immortalem. Vnde impaſſibilem/paſſibilem/tem-

poralem/ęternū/ & ęternum temporalem factū prædicat Auguſtinus. Hoc inde puto prouenire/ ꝗ ſubſtentans & ſubſtentatum/ non ſunt unum numero/ alibi q̄ in hac unione. Neq; eni uel baculus Seni/uel Senex baculo cōnumerantur: quia neq; unū fit intimum alteri/neq; in qualibet parte unius eſt alterum totum:ſed penitus ſunt extra ſe inuicem. Hic autem tota diuinitas/& chriſti corpus unū ſunt numero/in ratione ſuppoſiti. ¶Idiomatū itaq; cōmunicatio/id eſt/reciproca naturę alicuius de alia natura ſecundū ſpeciem/ab illa diuerſa/ ac proprietatū naturis ipſis ſingulatim conuenientiū de ſe inuicem / ac de naturis ipſis/ut habitū eſt/unitis/affirmatio reciproca ex hac ipſa unione conſurgit: Quæ tamen unio ad præſtandā agendi/patiendiue uirtutem nō ſufficit: quoniam ad hoc informatio requiritur: per quā/ alterū unitoꝶ habet ſe ut forma/alterū ut materia. Hæc reſponſio licet meris Ariſtotelicis ex pte ardua uideat᷑: quoniā Ariſtoteles hanc unionem non ſcripſit: Nec mirū: quoniā/illam nō nouit/ neq; enim ſuo tpe fuerat / nec futura ex meris naturalibus cognoſci poterat. Quia ex meris naturalibus.i.ex generali ratione ſiue ſpāli eoꝶ quę ſunt citra primū/ & imobile/ facta nō eſt/neq; effici potuit. Et res ut ſe habet/Ariſtotelis teſtimonio/ita intelligibilē ſe pſtat. Quare hoc affirmādi genus ex mere naturalibus deſcribi nō debuit/

Idiomatum cōmunicatio in pſona xp̄i unde cōſurgat.

nec potuit• Eſt tamen ab Ariſtotelis doctrina hæc ip
ſa reſponſio/non aliena• Habet enim Ariſtoteles/ ꝙ
agere eſt/a/forma agentis• Non ergo ſufficit aliquid
eſſe unitum agenti; ut ab eo facultatem agendi ha/
beat; ſed ut formæ expedit illi unitũ eſſe: Ergo Ari/
ſtotelis normam non deſerendo: quod non eſt forma
agentis: non præſtat intrinſecam agendi uirtutem:
licet illi unitum ſit interius/& agendi uirtute pręcel
lat• Diuinitas igitur/ quamuis in mortis triduo cor/
pori Chriſti unita eſſet: quia tamen forma non erat
illi/ut habitum eſt/ideo formalem ſentiẽdi uim/ aut
uitales exercendi operationes non dabat ei• Et ut om
nia hæc perſtringam: quoniam diuinitas chriſti cor
pori uitam non dabat in triduo ſepulturæ: quia ui/
tam dare corpori: eſt formam eius eſſe: quod diuini
tati repugnat: & ſine uita nõ eſt ſentire/uel lędi ſenſa
tione: Ideo chriſti corpus in ſepulturę triduo ſentire
non potuit/uel uiuentis opa exercere• Exanime itaqꝫ
chriſti corpus nil meruit/neqꝫ etiam ex uulnere late/
ris poſt mortem tribuit efficaciam ſacramentis•

❡ Soluitur alia difficultas ad rem faciens•

E ea quæ diximus maiorem difficultatem ad
n duxiſſe uideantur: declarandum eſt quemad
modum Chriſtus pati ante mortem potuerit:

Cum diuinitatem impaſſibilem ſecum haberet· Di-
xiſti iam poſt animæ Chriſti egreſſum/a/corpore/ in
triduo ſepulturæ diuinitatem corpori unitam/ illud
potius/a/paſſionibus præſeruaſſe: q̄ impaſſibile red
didiſſe: Nonne uiuenti Chriſto ęque perfecte unita
erat diuinitas/ſicut poſt mortem/ eius corpori exani
mi ſociata manebat? Erat certe· Quare igitur Chri-
ſtum non ita immortalem faciebat/& impaſſibilem/
ante mortem: ſicut eius exanime corpus/a/putredi-
ne præſeruabat? Anteq̄ huic reſpondeam interroga
tioni: uelim abs te mihi de re minus difficili reſpon
deri·Cur lumen quod ſub modio ponitur/domū nō
illuminat/quādiu ſub modio eſt? Nempe/quia mo-
dius claritatem lucis/& radios luminis intercipit/oc
cupatq;: Sic reſpondebo tibi·Diuinitatis uigor ante
mortem Chriſti interceptus eſt ne corpus eius peni-
tus redderet impaſſibile·Quod ergo facit modius:ne
lumen in aula luceat/quamdiu ſub modio latet: hoc
faciebat prohibens(quicquid illud fuerit)diuinita-
tis uigorem ad corporis fragilitatē ita peruenire / ut
fieret penitus impaſſibile· ❡Dices ſtatim/uideo mo
dium candelæ lumen intercipere: & lucis radios in
ſe ipſo claudere: Sed quid ſit hoc prohibens/aut qua
le ſit/quod prohibuit diuinitatis uigorem ad chriſti
corpus pertingere/ne illud(pro ſua capacitate)perfi
ceret/& ab iniuria præſeruaret non intelligo/& id ip

Diuinitas cur chriſtū impaſſibilem nō faciebat·

ſum /a/ te quæro / qui de modio iam reſpondiſti. Si dicerem per miraculum chriſti corpori ſtatim/a/ ſui conceptus primordio quandam innominatam qualitatem fuiſſe concreatam/quæ inter diuinitatem/& corpus chriſti/ac eius humanitatem/quaſi medium conſtituta prohibeat perfectiones diuinitatis ad corporis humani/ & hominis imbecillitatem accedere. Ab aliquibus Theologis / & quidem præclaris non diſſentirē in hac parte/& non incongrue prima fronte reſpondiſſe uideri poſſem. Sed quia hæc innominata qualitas de Scriptura ſacra non ſumitur / eam non recipiamus: Finita enim eſt hæc qualitas/ quoniam creata: Finitū autem infinito oppoſitum claudere illud non poteſt. Nam ſi magni fluminis impetum exuberantem nulla moles/ nulla lapidum ſtructura diu retinet : neq; penitus unq̄ firmat : ſaltem/ ut nō ſuperabundet/ nō diuertat/ uel tandem ipſam molem nō frangat: Quanto minus hæc innominata qualitas totam uim diuinæ perfectionis ſiſtere poterit : quæ infiniti uigoris infinitum pelagus eſt. Dicamus igitur hanc non redundantiam/a/ſola libertate diuinæ naturę procedere: quę quoniā ſummę libera eſt/ſuiq; optime compos/dum pertranſire non uult/ ipſa ſe firmat : & quæ omnia firmat : nullo alio q̄ ſe ipſa firmatur. Veluti ſi oſtenderet ſe tibi ſpeculū liberum ; in quo multæ imagines relucent ; eſſetq; in

ſpeculi poteſtate: quot & quales uellet imagines oſtē dere/ut multa/ſiue pauca/uel nulla uideres/nil inter poni oporteret / quod uiſionem interciperet : ſed ſa/ tis eſſet ſpeculū pauca/ uel nulla oſtendere uoluiſſe. Quod igitur diuinitas humanam naturam in Chri/ ſto adhuc uiatore/& in mortis triduo corpus nō om/ nino perficeret / ut penitus eſſent impaſſibilia : In cauſa erat diuinam uoluntatem nolle id facere. Vt enim dei uolūtati nihil ualet reſiſtere: ita naturæ di/ uinę perfectiones eiuſdem uoluntatis terminos non tranſcendunt. ¶ Neq; tamen finitæ ſunt : quoniam & uoluntas qua uallantur infinita eſt : Quæ autem infinitum infinite complent / omnino infinita eſſe neceſſe eſt. Si iterum pergas interrogare: Cur diui/ na uoluntas noluerit ſuæ naturæ perfectiones ad hu manam naturam in Chriſto pertranſire ante paſſio nem? Fatua erit hæc interrogatio. ¶ Quęretur enim ratio/ſiue cauſa/ ultra primam rationem/& cauſam. Voluntas nempe diuina omnium quæ fiunt in tem pore / eſt prima cauſa / & omnia quæ uult / propter ſe ipſam uult tandem / non propter alium finem. Quando ergo quæritur : Cur Deus hoc uult? dice/ re eſt : Dic mihi cauſam ſupra Primam cauſam. Et quia ſupra Primum non eſt aliud : Sic interroga/ re / nil aliud eſt / quam id petere / quod præſtari re/ pugnat. Poſſet nihilominus huic interrogationi

Infinitū con tineri poſſe/ non tamen finiri.

Voluntatis dei cauſam inquirere ſtultū eſt.

incongruę aliquid congrue reſponderi • ¶Fecerat ſe
deus hominem/ut per aſſumpti hominis paſſionem
homines ſanarentur • Congruum erat igitur/ immo
neceſſarium/hominem deo unitum utpote paſſurū/
remanere paſſibilem • Quare congruebat diuinā ſa/
pientiam hominem ſibi unitū impaſſibilem nō red/
dere • Itaq; alienum non eſt/a/ recta ratione credere
Chriſtum hominem dolores/ pęnas/ triſtitiaſq; pati
potuiſſe/ quādiu eius anima corpus ſuum uita mor/
tali uiuificauit• Eius uero ſanctiſſimū corpus/nullā
ſentiendi/uel operādi meritorie uim habuiſſe:Poſtq̄
eius anima benedicta ab illo fuit pro mortis triduo
ſeparata ; quamuis tunc diuinitas cum corpore per
duraret unita•Quæ cum ſic ſe habeant/dubitari iam
a/nemine poteſt chriſtum/poſt mortem/ nihil omni
no meritum eſſe • Nihil igitur efficaciæ poſt Chriſti
mortem eccleſiæ ſacramentis acceſſit : quod ex eius
morte / in conſpectu domini precioſiſſima ſtabilitū
iam prius non fuerit • Quare credi non debet effica/
ciam/a/uulnere lateris ſacramentis tributam eſſe•

¶Reſpondetur auctoritatibus/quæ ui/dentur ſentire contrarium•

s Vpereſt nunc concordes demonſtrare teſtes:
qui contrarium ſentire uidentur huic noſtræ/

immo catholicæ ſententiæ. Et ſi primum Auguſtini teſtimoniū recte penſitetur/ & Arcæ Noe (cuius prę ſagium Auguſtinus in eo loco pertractat) examinetur hiſtoria/ euidentiſſime apparebit Auguſtinū ſentire illic totum noſtrę redemptionis myſterium/ pro his quæ ad neceſſitatem attinent noſtræ ſalutis/ in morte Chriſti fuiſſe peractum. Comparat enim illic Auguſtinus Arcam Noe homini chriſto/ uel corpori chriſti: Oſtiū uero Arcæ/ uulneri lateris eius lancea perforati. ¶ Arca igitur ſicut inſtrumentum ſalutis fuit animantibus/ nō oſtium Arcæ: Sic corpus chriſti/ uel eius humana natura/ quaſi inſtrumentū credentibus ſalutem acquiſiuit/ non feneſtra lateris eius. Perge modo: Arca ſaluauit ingreſſos (quamdiu inter undas illi fluctuauerūt) nullum tunc uſum illis feneſtra præbēte: Aquis uero deſiccatis/ Arcæ miniſterium completum eſt: & feneſtra Arcæ tūc uſui denuo eſſe cępit. Et nos per undas mundi nauigantes/ dum aduerſitatum procellis agitamur/ dum inter mundi illecebras fluctuamus/ Chriſtū in carne paſſibili/ & totius paſſionis eius ſeriem contemplantes/ ad ſiccum ducimur. Ipſe enim per omnem uitam per dolores enauigans/ & labores/ tandem per crucis paſſionem/ omnes pęnarum tempeſtates euincens/ per mortem ſuam humanū genus/ a/ diluuio iræ dei liberauit. Tollant modo ſinguli homines crucē ſuā/

Arca Noe xp̄i figura/ oſtiū Arcæ figura uulneris lateris xp̄i.

& Chriſtum ducem ſequi non ſpernant uſq; ad mortem. Oſtiũ Arcæ intrandi/& exeundi tempus oſtendit/& uulnus lateris ad fidem intrãtibus tempus noſtrę Salutis impletum monſtrat. Chriſtum inquam uere mortuũ fuiſſe in cruce oſtendit. Quæ mors humanarum miſeriarum pelagus exhauſit/& iram dei in gratiam / erga homines cõmutauit: Quando igitur dicit Auguſtinus: Et quia inde Sacramenta manarunt. Inde nõ lateris uulnus/ſed uulneratum corpus demonſtrat/& Chriſti fideles ad myſticum chriſti corpus/ideſt/ad Eccleſiæ unitatem per Arcam deſignatam ingrediuntur uirtute ſacramentorum/quibus credentes initiantur. Quæ ſcilicet Sacramenta hac/ideſt/per uulnus lateris fluxerunt/ uel manauerunt; Non ut/a/cauſa/ſed ut/a/uia intelligendi/ut in quam/a/ſigno manifeſtante noſtræ redemptionis effectum. Etenim ut per lapides uiarum indices/quaſi per ſigna ad Ciuitatem perueniunt uiatores; & tamen lapides cauſa nõ ſunt perueniendi. Sic uulnus lateris Chriſti/uiam per quam gradiamur oſtendit. Et profecto Arcæ feneſtra/ de qua nunc agitur/ non tam uia ſalutis animantibus/q̃ uiæ oſtenſio/diluuio inſtante/habita eſt. ¶ Non eni per feneſtram cubiti ſpacio terminatã maiora animalia intrare/ uel exire potuerũt. Nõ igit̃ uia fuit/ſed indiciũ uiæ/dum fortaſſe per illã minora animalia ingredi uiſa ſunt; ma

Animalia maiora per feneſtrã arcę Noe non ingreſſa uel egreſſa;

iora aũt per aliam partem ingredi oportere cogno-
uerũt. Et quod ingrediendo (oſtii beneficio) didice-
rant/ exeundo retinuerunt. Chriſtus itaq; ſalutis eſt
uia/ & terminus: ipſo dicente: Ego ſum uia/ ueritas/
& uita. Mors chriſti uim dedit Sacramentis/ ut illis
cõmuniti redire poſſemus in patriam noſtrã / & eſſe
cũ chriſto. Quare Auguſtinus in huius loci fine con
cludit: O/ Mors/ unde mortui reſurgunt: Vt ex hoc
eius teſtimonio conſtet reſurgere mortuos/ ideſt/ ani
mas liberari/ a/ morte ęterna/ per Chriſti mortẽ. Itaq;
dum idem Auguſtinus dicit: Quid hoc ſanguine pu
rius? Quid hoc uulnere efficacius? Intelligi debet/
non ad efficiendũ/ ſed ad oſtendendum. ¶ Hic nãq;
ſanguis puriſſimũ eſt ſignum noſtræ redemptionis
oſtenſiuum. Nam/ teſte Paulo/ Quia ſine ſanguinis
effuſione non fit remiſſio. Nihil congruentius/ nihil
purius oſtendere potuit redemptionem noſtram per
fectam eſſe/ q̃ ſanguis adhuc de mortuo/ & exhauſto
chriſti corpore manans: qui redemptionis tempore/
paulo/ anteq̃ caperetur/ quaſi ſanguinem ſudauerat:
Captus/ per flagella/ cruorem emiſerat: Crucifixus/
per clauos/ ſanguinem ſparſerat: Mortuus / adhuc
cruorem per uulnus lateris dabat in memoriam ſan
guinis: quem copioſum ad fidelium redemptionem
uiuus effuderat. Dum inſuper dicit Auguſtinus:
Quid hoc Vulnere efficacius? Subaudire oportet

Sanguis xp̃i multis mo-dis/ locis/ & temporibus effuſus.

ſignum oſtenſiuū noſtræ ſalutis: nō cauſam ſaluandi. Certe uulnus hoc ſignum fuit efficaciſſimum noſtræ ſalutis indicatiuum: Quoniam Chriſti morte ſalui facti ſumus: & nihil erit efficacius ad oſtendē dum ſalutem noſtram fuiſſe perfectam/hoc uulnere lateris chriſti: quod certiſſime nos certos reddit chriſtum in uiolenta paſſionis cruce fuiſſe exanimatū.

Latus chriſti cur Miles aperuit.

¶Neq; enim temere/uel fortuitu/ut inter Apochrypha legitur/Longinus cęcus/incerto uulnere chriſtū percuſſit: Sed ut experiretur an uere mortuus eſſet/partem maxime ſentientem pungere cępiſſe/ expertum Militem/& cautum exiſtimo. Cumq; nullū ex punctura ſignum ſentiendi apparuiſſet: ferrum infixit/& profundauit in latus/ ut uel ſic certior fieret: & omnes aperte cognoſcerent Chriſtum non eſſe ſopitum: ſed exanime corpus in cruce pendere. Eſt ergo uulnus lateris Chriſti ſignum efficaciſſimum noſtræ redemptionis oſtenſiuum: ꝙ ſcilicet illa perfecta ſit/non cauſa perficiendi: & hoc habet prima Auguſtini ſententia: quæ noſtram non impugnat / ſed confirmat. Euangeliſta quoq; qui uigilanti uerbo dixit: Aperuit: Quoniā aperire non eſt facere/ſed manifeſtare/uel uiā dare: Hic aperiendi termino uti uoluit: ut declararet ꝑ uulnus lateris ſacramēta nō effici: ſed iam ꝑfecta manifeſtari/ & uiam dari ad intelligendū dn̄m Ieſum in cruce uere mortuū pepēdiſſe.

¶Concordia alterius teſtimonii ex eodem Auguſtino ſumpti.

c

Vm Auguſtinus ad Euangeliſtę uerba in ſecunda atteſtatione ſe cōuertit/Hoc ſtatim utitur aduerbio: Quodāmodo: Neq; dicit/illic/ ideſt in latere uulnerato/ uel in latere uulneris/ uitæ oſtium panderetur ſimpliciter: ſed quodāmodo panderetur. ¶Habet recte loquendi/ & intelligendi regula/q; diminuens in oratione poſita diminuit omnia quæ ſequuntur in eadem clauſula/ uel quæ eadē oratione continuata dicūtur. Hęc porro dictio/Quodammodo: diminutiua dictio/& diſtractiua eſt/a/uera nominū ſignificatione. Et/quemadmodū: Quod non uere ſanum eſt/neq; penitus ęgrum: Quodammodo ſanum: Quod non omnino calidum eſt / neq; penitus frigidum / Quodammodo calidum dicitur. Quemadmodum dicere ſolemus etiam: Quodāmodo bona/quæ plene bona non ſunt: Quodammodo uiſa/uel audita: quæ non plene uidimus/nec audiuimus. Ita Auguſtinus/quando dixit: Quodammodo uitæ oſtium panderetur: intelligi uoluit / illic uere non pandi/ſed quaſi/uel quodammodo: Quæ dictio diſtractiua in Auguſtini ſermone/quoniam antecedit/& annectitur omnibus quæ ſequuntur/cum dicitur; Vnde Sacramenta emanauerunt; intelligitur/

Diſtrahentia uerba/ & nomina qd ualeant.

Quodammodo: quod ſonat/Quaſi. Dicere aũt: Quaſi emanauerunt / non uere emanaſſe ſignificat: ſed per quandam ſimilitudinem. Et quãdo dicitur: Ille ſanguis in remiſſionem peccatorum fuſus eſt: Aqua illa/ſalutare temperat poculum: & quæ ſequuntur: Intelligi debent omnia/ Quodammodo / ut ſanguis iſte: Aqua iſta/& uulnus lateris unde exeunt/humanæ ſalutis cauſa non ſint uera / ſed ſimilitudinaria. Hunc ſenſum ſuum eſſe demonſtrat idem ipſe Auguſtinus/hoc met loco/de quo agimus/poſt hiſtoriã repetitam Arcæ Noe: de cuius ratione proxime habitũ eſt copioſe. ¶Figura inſuper primi Adæ/ eiuſq; dormitionis myſterium hanc ipſam expoſitionem non minus efficaciter / q̃ aperte confirmat. Primus namq; Adam uere dormiebat: nõ erat ergo mortuus/ dum illi ex ſua coſta formata eſt uxor. Vtq; fuit uera dormitio: ita fuit de coſta / uera mulieris formatio. Secundus autem Adam non uere dormiebat/quando latus eius Miles aperuit: Sed tunc metaphorice dormiebat: ſicut Lazarus/a/chriſto prius dictus eſt dormiens: quem ueritas ſtatim mortuũ affirmauit. Formatio igitur coniugis / Secundi Adæ ex uulnere lateris/ut dormitioni correſpõdeat/metaphorica eſſe debuit: Veram aũt formationem de uiuo & uegeto/ ne ſomniata ſit/& metaphorica/eſſe oportuit. Formare inſuper aliquando inſtruere/uel declarare ſignifi-

Euæ & Eccleſiæ formatio quomodo ſibi rñdeant.

eat: unde & uulgo dum inſtruimus informare dici-
mur: ſed & inſtructi informati dicuntur: Quoniam
ergo per uulnus lateris Eccleſia chriſti filia/ ſoror/&
ſponſa redditur certior/patrem ęternum/ dotem ſibi
in ſacramentis dediſſe: & per chriſti mortem confir-
mauiſſe: per uulnus lateris formatur Eccleſia/nõ ut
per cauſam/ſed ut per ſignum manifeſtatiuũ/& com
probatiuum/ Chriſtum eſſe mortuum/ & noſtræ re-
demptionis precium eſſe perſolutum:Qua de re lęta
bunda cantat/ꝙ Chriſtus ſemel mortuus eſt pro pec
catis noſtris: Quod multoties per Paulum repetit:
Qui tamẽ Paulus/per uulnus lateris Chriſti nos eſſe
ſaluatos/nuſquam habet.

Cõcordia teſtimonii ex Chryſoſtomo ſumpti.

Teſtimoniũ Chryſoſtomi luce clarius loqui cõ
ſtat de ſacramẽto Euchariſtię: qđ iã in ultima
cęna xp̃s inſtituerat/ ſimulq; Sacerdotiũ ordi
nauerat:quãdo Euchariſtiã cõficiẽdi/formã & facul
tatẽ dederat: in qua potiſſimũ Sacerdotii ratio conſi
ſtit. Habuerunt igit̃ ſaltẽ hęc duo ſacramẽta/Eucha
riſtia.ſ. & Sacerdotiũ ſuã efficaciã ante mortem xp̃i:
Quę porro duo/alia qnq; cõplectunt̃ ſacramẽta:Bap
tizare.n.& cętera quę ſequunt̃: excepto Mr̃imonio/
Sacerdotio annexa ſũt/uel ſine eo recte ſtare nõ p̃nt.

Quare ſi ante mortem Chriſti Sacerdotiũ cum Euchariſtia inſtitutum eſt: Reliqua quoq; ſacramenta cum duobus iſtis in Cęna domini ſuam habuiſſe efficaciam Chryſoſtomus nõ negaret: qui in adducto teſtimonio dicit: Quoniam hinc ſacra myſteria initium ſuſcipiũt. ¶ Sana igitur hic opus eſt intelligentia/ne tantus doctor/a/ueritate deuius uideatur. Sapientes nãq; ſtatuũt ſermones autenticos ſumi oportere non in ſenſu/quem faciũt/ſed in quo fiunt. Meminerimus icciroo inter doctos rem aliquam multis modis dici/ab alia re principium capere: Neq; tantum fieri id per quattuor uulgata cauſarum genera: Quæ/ut notiſſima/tranſibo/& alios modos adducã/uſitatos equidem/at non adeo tritos. ¶ Menſuratũ ab initio menſurandi ut/a/cauſa exordium capit. Sic prima quęq; dies naſcentibus/principium eſt natiuitatis. Ab hodierua quippe luce hodie nati dicuntur habere principium. Quia menſurandi principiũ uitam eorum/a/natiuitatis die numeratur. Primũ inſuper continens/principium dare contento dici ſolitum eſt. Sic quoq; quiſq; loco naſcitur/ab eo principium habere dicitur. Sic dicimus hanc Camerã huius infantis eſſe principium / quoniam genitus/ uel natus in illa eſt. Et tamen neq; uim/ neq; efficaciam generationis uel natiuitatis/ genitus ſeu natus/a/Camera accępit: niſi forte remotiſſime/ ac multum ex

Doctores approbati ſane/ & ſobrie itelligendi ſunt.

Principiũ aliquid ſumere quot modis dicatur.

trance. Primus etiam qui aliquid manifeſtat/ dicitur manifeſtato dare principium. Sic/a/Prçcone dicimus edicta initium ſumere: Quorꝫ efficacia neq̃/a/ ſono tubæ/neq̃/a/uoce præconia/ſiue perſona prçconis ſumit originẽ: ſed/a/Principe/uel/a/publico conſilio. Quemadmodum igitur ſtultum eſſet dicere/ꝙ a/uoce præconia lex ſumat efficaciam/a/ qua tamen non incondite exordium ſumere dicitur: Ita Chryſoſtomus intelligi uoluit: per ſuam nos admonentem atteſtationem/ſacramenta Eccleſiæ accipere principium/ideſt/publicationẽ/ & manifeſtationem/a/uulnere lateris/uel/a/coſta uulnerata: quoniã ex eo uulnere(quod ſæpe iam diximus)manifeſtum eſt Chriſtum in cruce uitam fragilem / cum morte mutaſſe. Cuius morte ſacramentorꝫ efficacia perfecte comfirmata eſt. Sic igit᷑ Chryſoſtomus erit legendus. Quoniam hinc/ideſt/a/ uulnerato latere ſuſcipiũt initiũ: ſubintellige manifeſtationis/ſacra myſteria/tanq̃ de ipſa bibiturus chriſti coſta/ita accedas: non tamquam ꝙ/a/ coſta proueniat efficacia tremendi calicis / ante paſſionem iam uere conſecrati: ſed quia ipſa coſta dicat q̃ tremendus ſit calix iſte/ in ultima cęna ſacratus/a/chriſto. Ex ſigno enim ſignati maieſtas oſtenditur. Quoniam ergo maieſtas coſtæ ampliſſima erat quæ tantum corporis exanimati cruorem/ dum lancea uulneratur/exhibuit: corpus quo continetur/ &

ſanguis uiuus/qui continetur in calice/ ſimul cũ ſuo corpore/domini calicem/de quo in cõmunione bibi/mus/ reddit omni deuoto tremore piaq; ueneratione digniſſimum. Arguit igitur Chryſoſtomus/a/partis uenerabilitate: quæ totum repræſentat/ad dignitatem totius repræſentati: ſumendo quaſi regulam topicam. Si de quo minus uidetur ineſſe/ineſt multũ: de quo uidetur magis/inerit magis: ut ſit ſenſus: Cũ acceſſeris ad tremendum calicem/in quo uiuus ſanguis Chriſti ſumitur/cum toto eius corpore ſanctiſſimo: q̃ ſit calix ipſe uenerandus agnoſce/ ex maieſtate coſtæ chriſti pro te poſt mortem lancea latus perforati: & ex maieſtate cruoris/& aquę inde exeuntis: quæ ſunt pars eius / quod in ſacrato calice ſumis: & bibe de calice / ac ſi de latere biberes uulnerato. Qui intellectus qm̃ ueritati concordat/ aptiſſime manifeſtat Chryſoſtomũ Auguſtino eſſe conteſtẽ: & ambos noſtrę/ imo catholicorũ omniũ ſententiæ conuenire.

¶ Concordia Tertii teſtis Sacroſancti ſcilicet Viennenſis Concilii.

S Acroſanctũ Viennenſe Concilium quoniam/ ab Auguſtino locum iſtum accepit: debet ut Auguſtinus intelligi: præſertim cum in fine ſermonis quod ſentit declarauerit/Auguſtini cõcor/

dare ſenſui. Ipſum ergo Concilium audiamus. Nos aũt attendentes efficaciam mortis Chriſti: quæ per baptiſma applicat᷑ omnibus pariter baptizatis/ opinionem ſecundã/ quæ dicit/ tam paruulis/ q̃ adultis conferri in baptiſmate informantem gratiã/& uirtutes: tanq̃ magis probabilem/& dictis Sanctoꝝ/modernorumq; Theologoꝝ conſonam magis ac concordem/Sacroſancto approbante Concilio duximus eligendã. Diffinit Romanus Pontifex .cõprobat generale Conciliũ/per baptiſma dari grãm informantem animã/ tã paruulis/q̃ adultis/ propter generalẽ mortis xp̃i efficaciã. Et ego hactenus nihil aliud declarare annixus ſum:niſi grãm informantẽ/& uirtutes in baptiſmate dari aĩabus fidelibus per gñalem mortis xp̃i efficaciã/nõ per uulnus lateris poſt mortẽ apti.

¶Ad quem finẽ tanto proceſſu/per tot/talesq; difficultates hactenus diſputatũ ſit.

c Vt/extra cauſam/per tot difficultates ueritatẽ unã tutatus ſim/ ſi qs interroget/ rñdebo. Vt intelligamus tandẽ rõne beneficentiæ ſancti ferri dignitatẽ/maieſtati ueſtimẽtoꝝ dñi nõ eſſe anteponẽdã. Sumebat᷑.n.pro ferro/uiã efficaciæ ſacramẽtoꝝ/ferrũ ſctũm inſtruxiſſe. Qm̃ de latere xp̃i lancea perforato ſacramenta manauerũt; & ſanctũ ferrum

latus ipſum aperuit/Hoc ſecundum negari non po/
teſt. Primum autem q̄ uerum ſit/neq; per breuiores/
neq; per faciliores uias deducere / uel tradere potui:
Per has ergo difficultates ſup actas conſtat quale ſit
quod aſſumebatur : Ferrum ſcilicet ſacramentorum
utilitatem adduxiſſe fidelibus: Apparet etiam quāti
ſit ratio fundata in ordine quo inſtrumēta ad opus
artificis adhibentur: Et hanc ipſam/non minus pro
gloria ueſtimentoꝝ domini/& eius Tunicæ incōſu/
tilis concludere : q̄ pro ſancti ferri ueneratione con/
cluſerit. ¶ Hoc aūt(ut clarius uidere poſſimus) prę
tereundum non eſt : Inſtrumenta artificum non ſo/
lum ex ordine/quo operibus applicantur/ ſed ab in/
duſtria/modoq; applicandi/ & ab eorum efficacia/in
adiuuando artificem/ſumere dignitatem. Quædam
enim inſtrumenta opus artis perficiunt/& hæc/quo
[illegible] applicantur/ artifices chara magis habere
[illegible] Quia & illi(ut ſumebatur)naturam imitan/
[illegible] imperfecto tendunt ad perfectum: ita in
[illegible]enta priora minus pfecta poſterioribus inſtru
mentis non immerito exiſtimant. Alia uero ſunt in/
ſtrumenta/quæ artifices in uſu habent/non ad opus
fabricandum/ ſed ad fabricam poliendā/abſtergen/
dam/& in publicum adducendam. Hęc autem prio
ribus nō ſunt digna magis: īmouero ſępe talia ſunt/
ut eorum miniſteriū non artifices/ ſed artificum fa/

Inſtrumenta artificum unde ſint nobiliora.

muli tractare / operiq; perfecto applicare ſint ſoliti.
Penniculos/ſiue(ut uulgo dicitur)Pennellos/ eo di-
ligentius Pictores ſeruant/ quo iam lineatas imagi-
nes cõmunibus lineis/& coloribus/per lineas figuris
appropriatas: ac per colores figurarum qualitatibus
conuenientiores penniculi ipſi aſſimilare adiuuant.
Sic & Sculptores/ ſubtiliores Scalpellos/p quos ocu
lorum/aurium/ aliarumue minutarum partiũ linea
menta perficiunt/diligentius cuſtodiũt.Sed inſtru-
menta / per quæ utriq; perfectas imagines purgant/
poliuntq;/ut eas tandem in publico ponant:nequaq̃
habent magis precioſa prioribus/ per quæ illas con-
ficiunt : ſed operi iam cõpleto hæc ultima per famu
los adhibent.Caudas etiam Vulpium/& reliqua hu
ius generis/ quibus ſtatuæ mundantur/ & poliũtur
imagines : tam pictor/ q̃ Sculptor/uel non attingit/
ſiue non multa cura pertractat . Inſtrument[illegible]
dominicæ paſſionis/per quæ ſcilicet ipſa p[illegible]
fecta publicatur/non erunt illis perfectiora/q[illegible]
ri perficiendo ſunt adhibita. Veſtimenta domini/[illegible]
Tunica inconſutilis/ ante paſſionem / in paſſioneq;
redemptoris fuerunt operibus accomodata.Ferrum
autem ſanctum poſt redemptionem peractam Chri
ſti corpori admotũ eſt.Vide tu modo ex inſtrumen-
torum ordine/quale ſit/quod pro ferri honore addu-
ctum fuit ; & cognoſce quid pro ueſtimentorum/ præ-

ſertim Tunicę inconſutilis/maieſtate concludat•

¶ Veſtimentorum beneficentia/& Tunicæ domini inconſutilis•

Eſtat nunc afferre in mediũ/quanta fuerit ueſtimentorum/ Tunicæq; domini inconſutilis beneſicentia • Neq; tamẽ ab initio repetemus omnia / quæ ab illis præſtita dicuntur : ne per Apochrypha uagari uideamur: ſed ea tantum afferemus quæ cõſtare ex Euãgelio cognoſcimus/a/Chriſti baptiſmate ſumentes exordiũ• ¶ Cũ itaq; dominus/Redemptorq;/& deus noſter baptiſma ſuſcepturus/ Iordanem fluuiũ ingreſſus eſſet/ut ſanctiſſimi corporis ſui contactu/ ad homines baptizãdos/aquę ſumerẽt efficaciã:in ripa depoſuit ueſtimẽta:oſtendens baptizandos omni priſtina cõuerſatione ueteris hominis exui : & nuditatẽ animæ ex amiſſa originali iuſtitia recognoſcere/ac ut animã/gratia ueſtiant/ Baptiſmatis aqua lauari oportere• Baptizatus uero dñs/ ueſtimenta reſumpſit:ut eos demõſtraret/qui baptizarentur ſpiritu/gratiam primã/de qua ſupra diximus/ in originalis iuſtitiæ ſupplementum fuiſſe conſecutos• ¶ In hoc Christi baptiſmate / membra illa ſanctiſſima inconſutili Tunica/ abſterſa/exiccata/confotaq; [illegible] exiſtimo• Quæ ut Chriſto/ſecũdum hominem

Baptizari nudus/ cur Xp̄s uoluerit•

oportuna fuerũt/cõmoda/ atq; benefica/ita ueſtimẽ
tis ipſis decora fuere/glorioſa/ illiſq; dantia maieſta/
tem/nobis aũt obligationem afferentia ; ut ea piiſſi/
me/perpetuoq; ueneremur.

ℭ Secundum beneficium.

Aptizatus dñs noſter Ieſus xp̃s/mox deſerti ſo
b litudinẽ petiit/ubi per Quadraginta dies/toti
demq; noctes/cõtinuo ieiunio/ non cõmedit:
ut baptizati acquiſitã in baptiſmate grãm intellige/
rent/deſerta mũdi uanitate abſtinẽdo ab illicitis/eſſe
ſeruandã.In hoc ip̃o deſerto/poſt eſuriem/a/diabolo
tentatus eſt dñs:ut baptizati nõ mirent̃/nõ deſperẽt/
ſi uiderint etiã ſe in bonis opibus/a/ diabolo tentãte
uexari . ℭ Hoc in loco/inter deſerti ſcilicet ſolitudi/
nes ueſtimẽta ſua/& in primis Tunica inconſutilis/
de qua agimus/indiuiduę comites dño Ieſu xp̃o fue
re : auxiliũq; in oportuno tempore : Vigiliarũ deſen
ſio : ſomni domiciliũ : ſtationũ refugium : in tenta
tione armatura exterior. ℭ Neq; profecto uacare po
teſt myſterio: quod Euangeliſta dñi Tunicam ſcrip
ſit inconſutilem: deſuperq; per totum fuiſſe conte/
tam . Deus enim & dominus noſter Ieſus Chriſtus
cuius puriſſima caro ex mare / & fœmina conſeruata
non fuerat;ſed de puriſſimo Mariæ ſemper uirginis

Veſtimento/
rũ dñi benefi
... in de/
...

ſanguine/Spiritu ſancto eam deſuper contexente/fabricata per totum inconſutili Tunica/ & per totum contexta deſuper ueſtiri debuit• Cuius inſuper anima culpæ ſciſſurā nunq̄ habuit: Corpus eius quoq; ueſte inconſutili debuit cooperiri•

¶Tertium beneficium•

Nuptiæ ad quas uocatus eſt Ieſus quid ſibi uelint•

Tunica incōſutilis chriſti quid in Nuptiis Cane gallilee p[illegible]rit dñ[illegible] aqua uert[illegible] [illegible]

s

Vperatis in deſerto omnis generis tentationibus/Rex noſter uocatus fuit ad Nuptias: ut eos monſtraret/qui legitime certauerint/in ęternæ fęlicitatis menſa/ac nuptiis ęterni Regis/per bonorum omnium abundantiam ſine fine epulaturos• ¶Fuit aūt in nuptiis ad quas Chriſtus in Cana Gallileæ uico/uocatus erat/hæc Tunica inconſutilis/ ueſtis nuptialis: ut ſignificaret ſanctā matrem Eccleſiam catholicam/ſine Hereſum maculis/ſine Sciſmatū ſciſſuris: ad tranſmigrationis(quod Gallilea ſignificat)Nuptias charitate integra exornandam•Hac ipſa in ueſte/his in nuptiis/Chriſtus aquā in uinum mutauit: Quoniā indiuiſa charitatis Tunica/quæ eſt uere nuptialis ueſtis admittendorum ad Regis ęterni glorioſas Nuptias: frigiditatem/& humiditatem aquoſæ/meſtæ/& lachrymoſæ inuidię in uinum uertit optimū ſanctæ iucunditatis/dei & proximi amore feruentis/cōfortantis/ac nutrientis•

ℭQuartum beneficium.

Vm dominus integritatem charitatis/ & fru/
c ctum oſtendiſſet: multaq; magnalia ingenti
admiratione digniſſima/atq; glorioſiſſima di
xiſſet/feciſſetq;. ℭQuando tandē mulierem ſangui/
ne fluentem ſanare uoluit: fimbriam ueſtimentoꝶ/
de quibus agimus/inſtaurandæ ſanitatis inſtrumen
tum effecit. Et quam nulla medicorum opera ſanare
potuerat/extremę ueſtis contactus reddidit ſanitati.
ℭQuanti igitur credenda ſunt integra ueſtimenta:
& præſertim intima illa ipſa Tunica: quando extre
ma ſuoꝶ ueſtimentoꝶ dominus tantū ualuiſſe mon
ſtrauit. Non affirmauerim hic Emoroiſſæ ualitudi/
nem de extrema tunica ſumpſiſſe uirtutem: quin po
tius/a/ chriſti uoluntate ſanguinē ſtetiſſe credimus.
ℭVoluit tamen hoc in opere Chriſtus ueſtimentoꝶ
ſuoꝶ gratiam demonſtrare: dum per extremū con
contactum deſperatam humanitatis ſanitatem/ ipſe
diuinitus inſtaurauit. Docens hoc exemplo uerā pa
tientiam/quæ damnis nō frangitur/nec iniuriis: quę
omnes uirtutes exornat/& fulcit: ſic ueſtem fimbrię
honeſtabant: ita ſanguinolentos iræ impetus ſiſte/
re/penituſq; ſedare.

Veſtimento/
rum Chriſti
uirtus in ſa/
nanda Emo
roiſſa.

Emoroiſſam
cur fimbriæ
ueſtimentoꝶ
contactu ſa/
nauerit xps.

ℭQuintum beneficium.

i Vſtum / & rationi conſentaneum eſt / ut qui paſſionum comites ſunt: conſolationũ quoq; participes fiãt. Volens hac ratione dominus/ & magiſter noſter diſcipulis ſecretioribus gloriã im mortalitatis notam facere: quando ſcilicet in monte transfiguratus eſt: ueſtiméta ſua/quæ deſerti hor rore ſqualluerant/candore niueo dealbauit. Cui nũc inſtrumentorum paſſionis domini/in principio enu meratorum/ hanc gloriã dabis: quam ueſtimenta eius in ſua tranſfiguratione ſunt conſecuta. ℭNeq; enim ueſtimenta ipſa in hoc excellentiſſimo myſterio ſola fuerunt ſocietate/ſolaue beneficentia Chriſto cõiuncta: ſed pro eorum modulo/ęternæ fęlicitatis/& gloriæ decorem obtinuerũt: Facta enim ſunt candidiſſima. Siue igitur noui ſuperinductione ſplendoris/ſiue penetratione/ uel potius claritatis corporis extenſione/in fœlicitatis gloriam tranſformati/ſeu lucis re percuſſione in lucida nube exiſtentis/ hunc tantum candorem accęperint: Confiteri neceſſe eſt diuinum aliquid/& glorioſum indumentis domini tunc fuiſſe conceſſum: ut quæ per deſerti horrorem/ſqualluerant/ieiunii/& tentationis tempore/cum Chriſti cor pore: cum eodem etiam clarificato honeſtiora/ & ſupra naturã ſuæ fragilitatis decora redderentur: Vn-

Veſtimenta dñi in tranſfiguratione unde dealbari ...

de permulta in perpetuum forent ueneratione proſe quenda.

ℭSextum beneficium.

Xcedit longe / ualdeq; ſupereminet utilitates & beneficentias omnium partisulariũ inſtrumentorum Paſſionis Chriſti (hoc beneficii genus/quod nunc in medium adducemus/per domini ueſtimenta humano generi condonatũ. Armans namq; ſe Rex noſter/ ad ſubeunda Crucis pericula/ dolores / pęnaſq; / & labores ſupra modum acerbos/ quas per totius paſſionis ſeriem patientia ſuperaturus erat. ℭDeuotiſſima oratione ad Patrem in horto ſe ſe ante omnia cõmuniuit/cõformauitq;/ ut in anguſtiis/& periculis noſtris deum/per orationem/adiutorem nos poſtulare doceret. Hic diũ/om[illegible] de/mente reuolueret/ Quæ/quot/ & q̃ acerba mala [illegible] foret de proximo(ne/a/narrando Euan[illegible] in agonia factus eſt/& ſudor eius ut guttę [illegible] fluentis in terrã effectus eſt. Huius autem ue[illegible]tiſſimæ agoniæ/ ſola indumenta Chriſto fuere [illegible]monium/conſortiũ/atq; ſolatium : & Regium tunc ſanguineũ ſudorem de uiuo Regis corpore manantem hæc ipſa indumenta domini ſuſceperant : antequam terra. Si enim ſudauit Chriſtus ſecũdum partes ueſte contectas / ſubtus illam ſanguinem decur-

Orare ſua inſtante captura cur Chriſtus uoluerit

riſſe ſudorem negare non poſſumus. Et quoniã Lucæ Euangeliſtæ teſtimonio / genuflexus orauit: per ueſtimenta/quaſi per alueum ſudor cruentus ad terram peruenit. Si uero caput/faciemq; ſudauit (quod in magna mentis afflictione poſitis contingere uidemus) per ueſtium exteriora ſudor acerbiſſimus defluxit in humum. ❡Ego autem exiſtimo Regem regum/humaniq; generis Saluatorem/cum in hac oratione pęnas omnes iam imminentes reuolueret animo: & iuxta Euangelium: pauere/ tedere/ męſtuſq; eſſe cępiſſet: imaginationis acerbitate/caput/faciẽ/& corpus/ acerbiſſime ſudauiſſe. Vt ſicut primus Adã in ſudore uultus ſui panem comedere iuſſus fuerat: Ita ſecundus Adam in uultus & totius corporis ſanguineo ſudore panis fieret ſaluandorum: Et ipſe in

Sudoris Xp̄i orantis copia unde ſit.

[illegible] ...m ſuũ manducaret/ Salutem ſcilicet om
[illegible] ...tum: quæ in primo Adam/per ſecor
[illegible] ...t. Hæc faciun[illegible]ut cruenti ſudoris
[illegible] ...en. [illegible] ...rũ om[illegible]tem ſudauiſſe
[illegible] ...illi enim n[illegible] [illegible] ...et: nequaq̃ in ter
[illegible] ...eniſſet. Intrinſecus [illegible] extrinſecus hæc
[illegible] ...ani ueſtimenta ſanguin[illegible] ...ceperunt:
[illegible] ...madmodum Arca Noe/ ut [illegible] ...uio poſ
...t[illegible] intrinſecus / & extrinſecu[illegible] eſt delibuta. Nunc quoniam ſanguis capit ultimam ex corde perfectionem: unde in Epar / & inde per uenas toto

ſe corpore fundit • Hæc domini Ieſu ueſtimenta / & præſertim Tunica/quæ ſudorem cruentum de uiuo Regis corpore in ſe ſuſcepit: quem dolor imaginatus nimia forte corporis aſtrictione/ fecit exire: non ſolum eſt pia ueneratione digniſſima: quia ęterni/ uniuerſorumq; domini membra contexit ꝛ honeſtauit/ ac confouit: Sed quoniam Regium ſanguineū ſudorem in ſe recępit: quia eo/copioſe maduit/& illi uſq; ad terrā profluendi alueus facta eſt• Potuiſſet (ni fallor) Marcus Antonius in funere Iulii Cęſaris aliquod coniuratorum ferrum/ dictatoris ſanguine conſperſum pro roſtris Populo Romano oſtendere/ uel ſimile aliquid ſubinducere/ ut Cęſaris iniuriā deploraret • Cruentam tamen tunicam Ciuium oculis oſtendere maluit• Non mirum/quia ad cōmouendū auditoꝝ animos/ plus tunicā/q̄ ferrū poſſe ſperauit•

EPILO[illegible]

P Eruenimus [illegible]
miſſo nos [illegible]
& frequ[illegible]
tudine[illegible] / uel [illegible]
finium• Hi profect[illegible]
manentibus cōmemoran[illegible]
dant• Ego nunq̄ me uidiſſe [illegible]

te ferrum Lanceę cōmemoratum. Tunicam domini Iacob Patriarcham multis lachrymis myſtice uideo proſecutū: Quando ſcilicet Ioſeph ſeni Tunica fuit monſtrata/hędi ſanguine maculata: Sed ne figuris inſiſtamus: Regem deo gratum audiamus/ex perſo ſona Chriſti in Pſalmo loquentem: ubi ad litterā do mini paſſionem/mortemq; deplorat: Cum ſe deo cō mendauit/inimicoꝶ rabiem queſtus eſt: & proprias doluit pęnas: omne deniq; lamentū in memoria ueſtimentoꝶ/deplorationeq; concluſit/dicens: Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea/ & ſuper ueſtem meā miſe runt ſortem. Nō eſt credendus Rex ſapientiſſimus/ & Spiritu ſancto plenus/ſine magna cauſa/hanc tan tam lamentationem ueſtimentorū memoria terminaſſe. ¶ Vidit namq; illas dño Chriſto ſuo (cum non [illegible] domiciliū ubi caput reclinaret) [illegible] ſub dio/a/frigore re [illegible] /& pluuia [illegible] nſorium: [illegible] iate ſicca [illegible] cruoris [illegible] s/& glo [illegible] ruenti [illegible] m/ad [illegible] l Cru [illegible] mum

Veſtimento rum [illegible]

ℭ Corrigenda in opuſculo·

ℭ Secũdo quaterno/folio·iiii·prima facie/linea·xxii·
Nõ enim dñi & paſſionis: ſcribendũ fuit: Nõ enim
dñici corpis/& eius paſſionis inſtrumentoꝝ materia·
ℭ Tertio quaterno/fo·i·facie·i·linea·v·Cõmunis ho
minũ hoſtis debellatus eſt: ſcribendum fuit: Cõmu-
nem hominũ hoſtem debellauit·
Tertio quaterno fo·i·fa·ii·linea·vii·ſupellectiles: ſcri
bendum fuit: ſupellectilem·
Tertio quaterno fo·ii·fa·ii·linea·iiii·Nequid: ſcribẽ-
dum fuit: nequit·
Tertio quaterno fo·iii·fa·ii· linea penultima: colen-
dum: ſcribendũ erat: colendus·
ℭ Quarto quaterno fo· iii·fa·i· linea·vi· ſuperſtitios
ſcribendũ fuit: ſuperſticioſos·
Quarto quinterno fo·iiii·fa·i·linea penultima: Quæ
igitur: ſcribendũ fuit: Quia igitur ſanctũ ferrũ/quæ
in pręcioſiſſimo xp̄i corpore nobiliſſima ſunt tetigit·
Facie ſecũda eiuſdem folii/linea prima: ad quæ: ſcri-
bendum fuit/ad quod·
Eadem facie linea·ii·reliqui/ſcribendũ fuit reliquus·
Eadẽ facie linea·vi·ategiſſe/ſcribendũ fuit/attigiſſe·
ℭ Quinto quaterno fo·i·fa·i· linea·iii· in rubrica/ &
utilitate/ſcribendũ fuit/ex utilitate·
Eadem facie in principio Capituli/tranſcurrẽtes/ſcri-
bendum fuit/tranſeuntes·

Eadem facie linea·x· Cuius tei/ſcribendũ/ Cuius rei·
Quinto quaterno fo· iiii·fa·i· linea· xiii· conſecrauerant/ſcribendũ fuit/conſeruauerunt·
Eodem folio facie·ii·linea·xii·ad reſcindenda/ſcribendum fuit/ad recenſenda·
¶ Sexto quaterno fo·i·fa·ii·linea·xx·qui primũ/ſcribendum fuit/quia primũ·
Sexto quinterno fo·ii·fa·i· linea·xi· niſi quandoquidem/ſcribendũ fuit/quandoquidẽ niſi·
Sexto quinterno eodẽ fo· fa·ii· linea·xii·in Romana curia/ſcribendũ fuit/in Romana republica·
Eodem folio & facie linea·xx·per pęnas/ ſcribendum fuit/qui pęnas deficit in ſeipſo ſuſcipere·
Sexto quaterno fo·iii·fa·ii·linea·xv·iuſto ſe ſe/Adde/ offerenti & exhibenti perſoluere:
Eadem facie linea·xix· pro ſua magnanima/ſcribendum fuit/pro ſua magnanimitate non militari/nec ciuili: ſed plusq̃ hęroica·
Eadem facie linea·xxi· intrepide ſubiit/ aggreſſus eſt ac ſuperauit: ſcribendũ fuit/ intrepide aggreſſus eſt/ ſubiit ac ſuperauit·
¶ Septimo quaterno fo·i·fa·ii·linea·iiii·Nullũ enim bonũ fuit in uniuerſo mundo/deleatur fuit·
Septimo quaterno fo·ii·fa·i·linea·i·miſericordiã/ſcribendũ fuit/miſericordia·
Septimo quaterno fo·iii·fa·i·linea·xxi·ex tẽpore/ ſcribendũ fuit/eo tempore·

Eodem folio facie•ii•linea•vi• efficaciam ſacramento/ ſcribendũ fuit/ſacramentis•
Eadẽ facie linea•viii•quiſquis facile ſuperabit ſi diem naturæ/ſcribendũ fuit/quiſq; facile ſuperabit/qui•
Eadẽ facie linea•xix• ita cui additur deficit/ & eſt addendum patiendi•
Septimo quaterno fo•iiii•fa•i•linea•iiii• terra/ſcribendum fuit tetra•
Eadem facie linea•xii• in rubrica/In triduo uitæ/ſcribendum fuit/in triduo mortis fuiſſe unitum deo/qui uita eſt/& tamen nõ uixiſſe•
Eadem facie linea•xix•uniebantur/ ſcribendum fuit/ nõ uniebantur•
Eodem folio facie•ii•linea•iii• corporis ſcribendũ fuit nec corporis•
Eadem facie linea•xxi• ſubiicere/ ſcribendũ fuit/ſubiectare•
¶ Octauo quaterno fo•i•fa•i•linea•ii•actus/ ſcribendum fuit/actu•
Eadem facie linea•iiii• maius aliud/ ſcribendum fuit maius enim aliquid•
Eadem facie linea/v•conſenſit/ſcribendũ/cõſentit•
Eodem quaterno fo•iii•fa•i•linea•iiii•impaſſibile/ſcridendum fuit/paſſibile
Eodem quaterno•fo•iiii•fa•i•linea•vii•eſſent impaſſibilia/ſcribendũ fuit/ut pęnitus eſſet impaſſibile•
¶Nono q̃terno fo•i•fa•i•linea•i•& ſi primũ/deleat̃ &

Eodem quaterno fo•ii•fa•ii•linea•iiii•erit/ ſcribēdum fuit/erat•
Eodem quaterno fo•iii•fa•i•linea•ix•ꝙ diminuens in in oratione/ſcribendũ fuit/ꝙ diminuens dictio in oratione poſita•
Eadē facie linea•xi•oratione/ſcribendũ fuit/ratione•
¶Decimo quaterno fo•ii•fa•ii•linea•iiii• ſuperactas/ ſcribendũ fuit/ſuperatas•
Tertio folio fa•ii•linea•x•Cũ itaq;/deleatur itaq;•
Eadem facie linea•xii•ingreſſus/ſcribendum fuit/ingreſſurus•
Folio•iiii•fa•i•linea•viii•continuo pro continuato•
Eadem facie linea•xxiii•conſecuta / ſcribendum fuit/ conſuta•
¶Vltimo quaterno fo•ii•fa•i•linea•xvii•ne a narrando euangelio excedam/ ſcribendum fuit/ ne ab euangelii narratione excidam•
Eadem facie linea•xxiii•ſuſceperāt pro ſuſceperunt•
Eadē facie linea ultima/ſanguinē/quaſi ſanguineũ•

¶Finis•

contumeliarũq; participes. In crucifixione/ non ſine ſummo dolore dimiſſas: In cruce/amariſſime diuidi uiſas: Et quaſi prędam ſorte diſtributas. Vnde cum omnia alia preterierit moribundus: charitatem ueſtium ſilere noluit. Videmus gladios/lancearũq; mucrones certo liquore perfuſos ad acutiẽ quaſi inuincibilem: ſi igne candentia hmõi liquoribus ĩmergantur/uel aſpergantur. Hæc aũt ueſtimenta/ac præſertim inconſutilis Tunica/ĩmortalitatis ulgore/fęlicitatis ęternæ plena decore/ interius diu/ & in tranſfiguratione perfuſa exterius Chriſti dei noſtri ſanguine/per orationem contemperata/ad ſumme deuotionis feruorem/Cor quod non penetrauerint/chriſtianum nõ erit Cor: ĩmo neq; carneũ/ſed potius ferreũ/ ſiue adamãtinũ. Et profecto illi prędones/qui Ieſum crucifixerũt/ hanc ipſam ueſtem/ de qua nouiſſime agimus/diuidere non ſun[illegible]
eius maieſtate/ſanctit[illegible]
ętate noſtra apud eo[illegible]
ipſa ueſtis preci[illegible]
ueneranda ſ[illegible]
dere mal[illegible]
cis repe[illegible]
oper[illegible]

R[illegible]
F[illegible]

ROMA